Fratres. Recogitate dñm ieſum xp̄m qui talē ſuſtinuit a peccatorib⁹ aduerſus ſemetipſum contradictionem: ut nō fatigemini animis ueſtris deficientes. Nondū enim uſq; ad ſanguinem reſtitiſtis. aduerſus peccatū pugnātes. Et obliti eſtis cōſolationis quæ uobis tanq̄ filiis loquitur dicens. Fili mi noli negligere diſciplinā dñi: neq; fatigeris: dum ab eo argueris. Quē enim dñs diligit caſtigat flagellat autē omnem filium quem recipit. In diſciplina perſeuerate. tanq̄ filiis uobis ſe offert deus.

Feria quarta ſequēti. Recogitate dominū. Ex epiſtola Pauli ad Hebręos cap. xii. in quo apoſtolus admonet Hebręos quomodo ſe habere debent circa aduerſitates. Dicit igitur. recogitate eum. ideſt chriſtū. Aduerſus ſemetip. appellabant enim eum hominem voracem & vini potorē. Uſq; ad ſanguinem. ideſt ſanguinis effuſionē. Cōſolationis i. cōſolatoris. is eſt Salomō prouerbiorū cap. iii. paucis verbis immutatis.

Filium quem recipit. ſubaudi in filium: neq; abdicat aut exheredat. Tanq̄ filiis. q. d. vt pater nō vt tyrannus ſeruis.

Quem non corripit. quaſi eum negligit non eſt pater ſed alienus. Extra diſciplinã. ſ. paternam. iam non eſtis filij ſed ſpurij aut alieni. Deinde patres. deinde arguit ab exemplo ꝛ eſt a minori ad maius.

Feria ſexta ſequenti.

Omnis diſciplina. ꝛ eſt ſumptũ ex eadẽ epiſtola ꝛ capite. Sequitur naꝗ; poſt verba ſuperioris epiſtolę. Omnis diſciplina ꝛc. Nõ videtur eſſe gaudij. immo doloris. Fructum pacatiſſimũ. i. pacificum ꝛ delectabilẽ. Remiſſas manus. i. languẽtes ꝛ diſſolutas. quod eſt peccatũ omiſſionis non faciendo bonũ. Greſſus rectos. fugiẽdo cõmiſſionis peccatũ. ꝛ ſunt trãſlationes aptiſſimę. Claudicans erret. i. incedens claud⁹ cadat. Sine qua ſ. pace aut ſanctimonia.

Nemo videbit deũ. ad illud reſpicit Matth. v. Beati pacifici: qm̃ filij dei vocabũtur. Ne quid deſit. qꝛ hõ peccãs deeſt gratię dei ſubtrahẽdo ſe ab illa per peccatũ: non autẽ deus deeſt homini.

Radix amaritudinis. i. odij in ꝓximũ. Surſum germinãs. tranſlatio eſt ſpinarũ quę medijs frugib⁹ innaſcũtur. Inquinentur multi. paucorũ. ſ. exẽplo. Ne quis fornicator. i. aliquis ex vobis.

Profan⁹. i. a religione alienus. Eſau. filius. ſ. iſaac. qui vẽdidit primogeniturã ſuã fratri ſuo iacob. ex Geñ. capite. xxv. latiſſime ponit hiſtoria. ꝛ de benedictione amiſſa poſtea latius Cap. xxvij.

Quis enim filius quem nõ corripit pater? Quod ſi extra diſciplinam eſtis: cuius participes facti eſtis? Ergo adulteri & non filii eſtis. Deinde patres quidem carnis noſtræ habuimus eruditores: & reuerebamur eos. Nõ multo magis obtẽperabimus patri ſpirituum: & uiuemus?

Feria. vi. beati Pauli ad Hebræos Capi. xii.

Fratres. Omnis diſciplina in præſenti quidẽ non eſſe gaudii ſed meroris. Poſtea autẽ fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſticiæ. Propter quod remiſſas manus & genua diſſoluta erigite. & greſſus rectos facite pedibus ueſtris: ut non claudicans quis erret: magis autem ſanetur. Pacem ſequimini cũ omnibus & ſanctimoniam: ſine qua nemo uidebit deũ. Cõtemplãtes ne quis deſit gratia dei: ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat: & per illam inquinẽtur multi. Ne quis fornicator aut profanus: ut eſau: qui propter unam eſcam uendidit primitiua ſua. Scitote enim quoniam & poſtea cupiens hereditare benedictionem reprobatus eſt.

Dñica in. l. pauli ad Corinthi. prima. Capi. xiii.

Fratres. Si linguis hominum loquar & angelorum: charitatem autem nõ habeam: factus ſum uelut æs ſonans: aut cymbalum tinniens. Et ſi

Dominica in quinquageſima.

Si linguis hominũ. Ex epiſtola prima ad Corinthios cap. xiij. in quo apoſtolus differit de charitatis excellentia. ꝛ primo quãtũ ad ei⁹ neceſſitatẽ: qꝛ ſine illa cetera dona nihil valẽt. Linguis hominũ. qꝛ inter ſpiritus ſcti dona eſt linguarũ. Et angeloꝝ. ꝑ quos hoib⁹ multa reuelãtur. Aes ꝛ cymbalũ. ex qb⁹ nõ reſultat niſi merus ſon⁹. Tinniẽs. eſt metalli

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

percuſſi crepitus. Perſius mēdoſum tinniat auro. Prophetiam.i.cognitionem occultorum.quod etiā eſt ſpiritus ſancti donū. Fidem.quę etiā ad cognitionē pertinet. Et mōtes transferam.ad illud ſaluatoris alludit. Nihil ſum.i.nullius valoris. Omnes facultates. ex ſaluatoris quoq; conſilio Matth.xix. Si vis eſſe perfectus vade ꝛ vende omnia: ꝛ da pauperibus. Et ardeam.id quod multi martyres fecerunt. Nihil prodeſt.quia charitas facit oīa illa meritoria.

habuero prophetiā: & nouerim myſteria omnia: & omnem ſcientiam: & ſi habuero omnem fidem: ita ut mōtes transferam: charitatem autem nō habeam: nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperū omnes facultates meas: & ſi tradidero corpus meū ita ut ardeā: charitatem autē nō habuero: nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt: benigna eſt. Charitas nō emulatur: nō agit perperam: nō inflatur: nō eſt ambitioſa. nō quærit quæ ſua ſunt: nō irritatur: nō cogitat malum: non gaudet ſuper iniquitatem: congaudet autem ueritati. Omnia ſuffert: omnia credit: omnia ſperat: oīa ſuſtinet. Charitas nunq̄ excidit. Siue prophetiæ euacuabuntur ſiue linguæ cessabunt: ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcimus & ex parte prophetamus. Cum autē uenerit quod perfectū eſt: euacuabitur quod ex parte eſt. Cum eſſem paruulus: loquebar ut paruulus: ſapiebam ut paruulus. Quādo autē factus ſum uir: euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nūc per ſpeculum in ænigmate: tunc autē facie ad faciē. Nunc cognoſco ex parte: tūc aūt cognoſcā ſicut & cognitus ſum. Nunc aūt manent fides: ſpes: charitas: tria hæc: maior autem horum eſt charitas.

Feria.iiii.in capite ieiunii. Lectio Ioelis. Ca.ii.

Charitas patiēs eſt. hic deinde cōmēdat charitatē ab vtilitate. Patiēs.aduerſitatum. Benigna.aliīs bñfaciēdo. Nō emulat.i.nō inuidet bonis ꝓximi. Perperā.i.ꝑuerſe aut incōſtāter. Nō inflatur.i.nō ſuꝑbit. Ambitioſa.in honorib⁹ appetēdis. Quę ſua ſunt.i.vtilitatē ſuā. Nō irritat.ſ.ad irā. Nō cogitat.i.cogitare ſinit. Suffert.cōdolēdo ꝓximis. Credit.quę ſunt credenda ꝑ fidē. Sperat.q̄ ſunt ſperanda xpiano. Suſtinet ꝑ animi ęquanimitatē. Charitas nūq̄.a ſtabilitate cōmēdat charitatē. Prophetię.quę ceſſabunt in patria. Lingue.q2 non erit linguarū vſus. Scientia.quia ſola dei contēplatio manebit. Ex parte.i. non perfecta ſciētia aut prophetia. Quod perfectum eſt.i.charitas. Cum eſſem.per exemplū ex ſeipſo oſtēdit id qđ dixit. Ut paruulus.balbutiens et ignarus ꝛ inania cogitās. Per ſpeculum.quia per hęc quę videmus venimus in dei cognitionē tamē imperfectā. In ęnigmate.i.in figura.quia per alias res alias intelligimus. Tunc.ſ.in patria. Facie ad faciem.i.clare ꝛ non per figurā. Sicut cognitus ſum.ſ.a deo.ꝛ ſicut non ſignificat in hoc loco equalitatē ſed lōginquā ſimilitudinē. Fides ꝛ ſpes.quas dixit imꝑfectas: ꝛ in hac vita ad ſalutem neceſſarias. Sed charitas eſt maxima harum trium: quia non ceſſabit in patria ſicut fides ꝛ ſpes. Feria quarta in capite ieiunij.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

COnuertimini ad me. Ex Joele ꝓpheta cap. ij. in quo poſtea quã ꝓpheta prędixit deſolationẽ futurã quattuor illoꝝ regnoꝝ. nũc incipit exhortari populũ ad poenitentiam vt mereatur miſericordiã ⁊ conſolationẽ. Toto corde. i. nõ ſimulate. Nõ veſtimẽta. quod factitari legimus ſepe in ſacris litteris ab ijs qui in maximam calamitatẽ deuenere. Miſericors ⁊ patiẽs. q2 peccatores ad poenitentiã expectat: vt miſereat. Præſtabilis. i. peccata remittẽs. nã actiue ponitur: qð eſt rarũ in verbalibus termĩatis in bilis. Malicia. i. pctõ. Quis ſcit in pſona ꝓphetę hoc dicit: quia dñs bene ſcit. Sacrificiũ et libamen. idem eſt et ſubaudit fiat. Tuba ad populi conuocationẽ. Sanctificate ieiuniũ. i. per ieiunium vos ſctõs efficite. Spõſus de cubili. q2 tempus amplexãdi: ⁊ tẽpus lõge fieri ab amplexib⁹. Eccle. iij. Veſtibulũ. pars tẽpli exterior. Et altare qð eſt intra tẽplũ. Plorabunt. ꝓ plorent indicatiuus pro imperatiuo. Parce. ſa pena ꝓ peccato abſtine. Hereditatẽ. ſ. iudeã. Obprobriũ. i. probroſam ſeruitutem. Vbi eſt de⁹ eorũ. irriſio eſt exprobrantiũ hoſtium hoc eſt ſarcaſmos. Zelatus eſt. cõſolationem dei poſt poenitẽtiã prędicit. ⁊ imprimis pollicet terrę fertilitatẽ. Mittã frumentũ. in pſona dñi hoc dicit: contra ſterilitatem quã fuerat interminat⁹. Obprobriũ gẽtibus. cõtra illud quod ſupra dixit. Hereditatem in obprobrium.

HEc dicit dominus. Cõuertimini ad me in toto corde ueſtro in ieiunio & fletu & planctu: & ſcindite corda ueſtra: & nõ ueſtimenta ueſtra. Et conuertimini ad dominum deum ueſtrũ quia benignus & miſericors eſt: patiẽs & multæ miſericordiæ & præſtabilis ſuper malicia. Quis ſcit ſi cõuertatur & ignoſcat deus: & relinquat poſt ſe benedictionem? Sacrificium & libamen domino deo noſtro. Canite tuba in ſion: ſanctificate ieiunium: uocate cœtum: cõgregate populum: ſanctificate eccleſiam: coadunate ſenes: cõgregate paruulos & ſugentes ubera. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo: & ſponſa de thalamo ſuo. Inter ueſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes & leuitæ miniſtri domini & dicent. Parce domine parce populo tuo: & ne des hereditatem tuam in opprobrium: ut dominẽtur eis nationes. Quare dicunt in populis: ubi eſt deus eorum? zelatus eſt dominus terram ſuam: & pepercit populo ſuo. Et reſpondit dominus: & dixit populo ſuo. Ecce ego mittam uobis frumentum & uinum & oleũ. & replebimini in eis. Et non dabo uobis ultra obprobrium in gentibus. Dicit dominus omnipotens.

Feria. v. Eſaiæ prophetæ. Capi. xxxviii.

IN diebus illis. Egrotauit Ezechias uſq3 ad mortẽ: & introiuit ad eum Eſaias filius amos

talis quo no ... [illegible]

Feria quinta ſequenti.

EGrotauit ezechias. ex Eſaia cap. xxxviij. in quo poſtea quã ꝓpheta deſcripſit liberationẽ ab hoſte. hic cõſequẽter ponit ei⁹ ſoſpitatẽ a morbo in quẽ inciderat. Vſq3 ad mortem. i. morbo incurabili. Fili⁹ amos. nõ is qui fuit vn⁹ de duodecim ꝓphetis minoribus:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſed ⁊ ali⁹ ⁊ ipſe ꝓpheta. Diſpone. vt ſic dicā fac teſtamentū. Ad pariete᷑. vt attēti⁹ oraret. In veritate. nō hoc dicit imputādo bona que fert: ſed magis oſtēdēs ſe gratū de beneficijs acceptis. Dies tuos. ante hac exactos. Ecce ego adijciā. hoc ſignum pertinet ad ꝓmiſſi confirmationē: qđ de horologio ſubiūgitur. Regis aſſyrioꝝ. qui gerebat bellū cū hebreis. de quo in precedenti cap̄. dixerat: quod angelus dn̄i percuſſit in caſtris aſſyrioꝝ centū octoginta quinque millia.

ꝓpheta. & dixit ei. Hæc dicit dn̄s. Diſpone domui tuæ: quia morieris tu: & nō uiues. Et cōuertit ezechias faciem ſuā ad parietē: & orauit ad dominum & dixit. Obſecro dn̄e: memento quæſo quomodo ambulauerim corā te in ueritate & corde perfecto: & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factū eſt uerbum domini ad eſaiam prophetā dicens. Vade: & dic ezechie. Hæc dicit dn̄s deus dauid patris tui. Audiui orationem tuā: & uidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos: & de manu regis aſſyriorum eruam te & ciuitatem iſtam: & protegam eam. Dicit dominus omnipotens.

Feria. vi. Eſaiæ prophetæ. Capi. lviii.

HEc dicit dominus. Clama ne ceſſes. quaſi tuba exalta uocem tuam: & annuncia populo meo ſcelera eorum: & domui Iacob peccata eorū. Me etenim de die in diē quærūt: & ſcire uias meas uolūt. Quaſi gēs quæ iuſticiam fecerit: & quæ iudiciū dei ſui nō dereliquerit. Rogāt me iudicia iuſticiā: & appropinquare deo uolūt. Quare ieiunauimus & non aſpexiſti: humiliauimus aīas noſtras & neſciſti? Ecce ī die ieiunii ueſtri inuenitur uolūtas ueſtra: & oēs debitores ueſtros repetitis. Ecce ad lites & cōtētiones ieiunatis: & percutitis pugno īpie. Nolite ieiunare ſicut uſq; ad hāc diē ut audiatur in

Feria ſexta ſequenti.

CLama ne ceſſes. ex Eſaia Cap̄. lviij. quāquam hebreorū quidam hec prophete verba aliter interpretentur: de chriſto venturo commodius intelliguntur. Clama ne ceſſes. verba ſunt patris ad chriſtum hominem. Quaſi tuba. id quod chriſtus in predicatione fecit euangeliū.

Populo meo. ſ. iudeorum. Domui iacob. qui dicitur etiā iſrael. Me querūt. legēdo verba legis vt boni videantur apud plebē. Volūt. ſubaudi videri: qđ eis ſaluator obijcit arguēdo illos de hypocriſi. Nō dereliquerit. cū fecerit cōtrariū Rogāt me. vt opituler eis cōtra perſequentes. Volūt appropinquare. cum reuera aliud faciāt. ⁊ in ſui cōmendationē dicūt. Ieiunauimus. hoc et phariſe⁹ ille imputat: qđ ieiunabat bis ī ſabbato. Humiliauim⁹. in cinere ⁊ ſacco. Et neſciſti. i. diſſimulaſti te neſcire. Ecce in die. verba ſunt dn̄i exprobrātis iudeorū arrogantiam ſimul ⁊ ſimulationē. Volūtas veſtra. i. volūtatis prauitas. Debitores repetitis. contra illud orationis dn̄ice. dimitte nobis ſicut nos dimittim⁹. Percutitis pugno. iniuriam proximo inferentes. Vt audiatur. ideſt ſi vultis preces veſtras adeo exaudiri.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quod elegi.i.q̃d ego approbo dicit dñs. Affligere aĩam ſuã.p carnis abſtinẽtiã. ⁊ intermiſit hec pauca ṽba: nũquid cõtorquere quaſi circulũ caput ſuũ ⁊ ſaccũ ⁊ cinerẽ ſternere. et deinde infert. Nũquid iſtud vocabis ieiuniũ.ſubaudi acceptũ et approbatum mihi. Nõne hoc.quod ſequitur.ſ.abſtinere a malo ⁊ facere bonum. Colligationes impietatis.q: iudei principes intẽdebãt calũnias ⁊ cautelas pauperibus quibus illorũ poſtea diripiebãt bona.

Faſciculos.i.onera incomportabilia. de quib⁹ Matthei.xxiij. alligant onera grauia. Cõfracti ſunt.i.in ſeruitute detẽti. ⁊ ſubdit alia miſericordie opera. Erũpet lumẽ tuũ q: orietur tibi ſol iuſticie. Sanitas.a pctĩ morbo. Ante ibit iuſticia.p angelũ te cuſtodientem qui aſtat dei preſentie. Colliget te.in die mortis. Qr miſericors. hoc adiectum eſt: q: in hebreo non habetur.

excelſo clamor ueſter. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi: per diẽ affligere hoĩem animã ſuã? Nũquid iſtud uocabis ieiuniũ: & diẽ acceptabilẽ dño? Nonne hoc eſt maius ieiunium quod elegi. Diſſolue colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimẽtes. Dimitte eos qui cõfracti ſunt liberos: & omne onus eorũ diſrumpe. Frange eſurięti panẽ tuũ: & egenos uagoſq; induc in domum tuam. Cũ uideris nudum operi eum: & carnẽ tuã ne deſpexeris. Tũc erũpet quaſi mane lumẽ tuum: & ſanitas tua citius orietur. Et ante ibit faciem tuam iuſticia tua: & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis & dominus exaudiet. Clamabis: & dicet adſum. Quia miſericors ſum Dominus deus tuus.

Sabbato ſequenti.

SI abſtuleris de medio. Uerba ſunt eiuſdẽ pphete que ſequũtur poſt ſuperioris pphetie finẽ. dicit igitur. Si abſtuleris catenã.ſ.qua tenebas impeditũ tuis cauillationibus. Extendere digitum. notãdo alios de infamia: vt poete dicunt medium porrigendo digitum. Effuderis animam.i.miſerationis affectum. Repleueris. ex paupertate ſubleuando. Lux tua.i.auferentur tibi tenebre in quibus errabas. Requiẽ.i.mentis pacem. Oſſa tua.ab infirmitate liberũ reddet

## Sabbato. Eſaiæ ptophetæ. Capi. lviii.

HEc dicit dñs deus. Si abſtuleris de medio tui catenam: & deſieris digitum extendere: & loqui quod non prodeſt: cum effuderis eſurienti animam tuã: & aĩam afflictã repleueris: orietur in tenebris lux tua: & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. Et requiem dabit tibi dominus deus tuus ſemper: & implebit ſplendoribus animam tuam: & oſſa tua liberabit. Et eris quaſi hortus irriguus: & ſicut fons aquarum cuius non deficient aquæ. Et ædificabuntur in te deſerta ſæculorum: fundamenta generationis & generationis ſuſcitabis. Et uocaberis ædificator ſæpium auertens ſemitas in quietem. Si

Hortus irriguus.i.fertilis ex eo quod frequenter rigatur. Edificabũtur deſerta.quia etiã tuo exemplo alios ad te allicies qui erant abalienati. Edificator ſepium.i.ſpinarum ex quibus hortis ptendũtur ſepes. Semitas in quietẽ.i.vias anguſtias in latitudinẽ deducẽs.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

A ſabbato pedē.i.nihil mali perpetraueris. Facere.i.ad faciēdū aliquod ꝑ libidine tua. Delicatum.vacando tantum rebus diuinis ⁊ abſtinendo a labore. Glorificaueris eum.i.honoraueris. Vias tuas.in quibus ante hac ambulabas. Voluntas tua.ideſt pars irrationalis:ſed omnia per rationem expedies. Delectaberis.quia conſolabitur te dominus. Suſtollam te.in contemplationem rerum diuinarum. Hereditate patris.cuius chriſtiani ſunt veri heredes:exheredatis iudeis.

auerteris ſabbato pedem tuum facere uoluntatem tuam in die ſancto meo:& uocaberis ſabbatum delicatum:& ſanctum domini glorioſum:& glorificaueris eū:dū non facis uias tuas & non inuenitur uolūtas tua ut loquaris ſermonē:tunc delectaberis ſuper domino deo tuo.Et ſuſtollam te ſuper altitudinem terræ:& cibabo te hereditate iacob patris tui.Os enim domini locutum eſt hæc.

Dñica in.xl.Beati pauli ad Corin.ii.Cap.vi.

FRatres.Hortamur uos ne in uacuū gratiā dei recipiatis.Ait em̄.Tēpore accepto exaudiui te:& ī die ſalutis audiui te. Ecce nūc tēpus acceptabile:ecce nūc dies ſalutis.Nemini dātes ullā offenſionem:ut non uituperemur miniſteriū noſtrum. Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros in multa patiētia:in tribulationibus:in neceſſitatibus:in anguſtiis:in plagis:in carceribus:in ſeditionibus:in laboribus:in uigiliis:in ieiuniis:in caſtitate:in ſcientia:in longanimitate:in ſuauitate:in ſpiritu ſancto:in charitate non ficta:in uerbo ueritatis:in ueritate dei.Per arma iuſticiæ a dextris & a ſiniſtris:per gloriam & ignobilitatem:per infamiam & bonam famam.Vt ſeductores & ueraces:ſicut qui ignoti & cogniti.Quaſi morientes & ecce uiuimus:ut caſtigati & non mortificati.

Dñica ī quadrageſima.

HOrtamur vos.Ex epiſtola ſecunda ad corinthios.cap̄.vi.ī quo poſtea quam apoſtolus commendauit miniſteriū noui teſtamenti:hic hortatur alios ad executionem debitam huius miniſterij.⁊ armat apoſtolus xp̄i milites in quattuor virtutibus cardinalibus.⁊ primo in fortitudine dicens. Adiuuantes.i.cooperantes cum deo quaſi miniſtri. In vacuum.in vanum.ſed dicet quiſpiā gratia dei nō eſt in manu mea.ſubiungit. Tempore accepto.i.noue legis.et eſt Eſaie.xlix. Die ſalutis.ſub ſaluatore chriſto viuētibus. Nemini dantes.i.nolumus dare ſcandalum ⁊ occaſionē. Exhibeamus.per preſens legendum eſt ſicut in greco exhibemus. In multa patientia.que eſt fortitudinis pars. In caſtitate et ieiunijs.quod eſt temperantie opus. In ſciētia qđ eſt opus tertie virtutis hoc eſt prudētie cui adiūgit lōganimitatē charitatē ⁊ veritatē. Per arma iuſticie.qđ eſt vltime virtutis cardinalis opus. A dextris ⁊ ſiniſtris.i.ſecundorū ⁊ aduerſoꝝ.qꝛ virtutis eſt equanimiter inter ꝓſpera ⁊ aduerſa ſe habere. Per gloriā ecce ꝓſpera. Per ignobilitatē.ecce aduerſa.nā obijciebat ap̄lis ignobilitas. Infamia ⁊ bona fama.eodē modo ſunt exponēda.⁊ q̄ ſequūtur.Seductores ⁊ veraces. Noti ⁊ ignoti.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Morientes & viui. &c. qꝛ opinione quorũdã reputabãtur infelices & miſeri. alioꝝ vero felices. ipſi vero ſeipſos beatos eſſe exiſtimabant.

Feria ſecunda ſequenti.

ECce ego ipſe requirã. Ex iezechiele cap. xxxiiij. in quo poſtea quã dixerit propheta verba ſua dei iuſſu cõtra paſtores iſrael: & pollicit⁹ eſt populo ſuo cõſolationẽ. hoc ĩ loco ponit cõſolationis effectũ dicẽs. Ego requirã &c. & vtitur trãſlatione nota ex paſtore & grege.

Ex oĩbus locis. vbi fuerãt diſperſę. In terram ſuã. vt dicit pſalmiſta In loco paſcuę ibi me collocabit. In mõtib⁹ iſrael. hoc eſt in eccleſia fideliũ & oĩa dicta ſunt per allegoriam. Accubare. qđ faciunt oues poſtquam paſtę ſunt: nam cubantes quę paſta ſunt ruminant. Quod perierat. i. negligentia paſtoris deperditum. Abiectum. i. fugatum ſęuicia paſtorum. Confractum. vulneratum quod faciũt chirurgi. Infirmũ. ſ. alio quouis morbo.

Feria tertia ſequenti.

QVęrite dominum. Ex eſaię. lv. in quo excitatur humaua diligentia ad inquirendum deum tempore gratię.

Dum poteſt. ideſt ſum⁹ in tempore quo id poſſumus facere. nã poſt mortem non licebit. Cum prope eſt. i. paratus ad exaudiẽdum. & quia peccatores deus non exaudit ſubditur derelinquat impius viam ſuam. ideſt mala quę ante hac operatus eſt. Et reuertatur. per pęnitentiam. Miſerebitur dando illi gratiam. Multus eſt. ideſt pronus et benignus.

Quaſi triſtes ſemper autem gaudentes. Sicut egẽtes multos autem locupletantes. Tanq̃ nihil habentes & omnia poſſidentes.

Feria. ii. Iezechielis prophetæ. Capi. xxxiiii.

HEc dicit dominus. Ecce ego ipſe requirã oues meas et uiſitabo illas: ſicut uiſitat paſtor gregem ſuum: in die quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum. Sic uiſitabo oues meas: & liberabo eas de omnib⁹ locis in quibus diſperſæ fuerant: in die nubis & caliginis. Et reducam eas populis: & congregabo eas de terris: & inducam eas in terram ſuam. Et paſcam eas in montibus iſrael. in riuis & in cunctis ſedibus terræ. In paſcuis uberrimis paſcam eas: & in montibus excelſis iſrael erunt paſcuæ earum. Ibi requieſcent in herbis uirentibus & in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes iſrael. Ego paſcam oues meas: & ego eas accubare faciam: dicit dominus deus. Quod perierat requiram: & quod abiectum fuerat reducam. Et quod confractum fuerat alligabo: & quod infirmũ fuerat cõſolidabo: & quod pĩgue & forte cuſtodiã: & paſcam illas in iudicio & iuſticia. Dicit dominus omnipotens.

Feria. iii. Eſaiæ. Capi. lv.

IN diebus illis. Locutus eſt Eſaias propheta dicens. Quærite dominum dum inueniri poteſt: inuocate eum dum prope eſt. Derelinquat impius uiã ſuã: & uir iniquus cogitationes ſuas: & reuertatur ad dñm: & miſerebitur ei⁹: & ad deũ noſtrũ: quoniam multus eſt ad ignoſcendum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nō enim. verba ſunt prophetę in perſona dei. Cogitationes meę. quia ego nō ſum odiū pertinax vt vos eſtis. ſed ſum ad miſericordiā procliuis. Sicut exaltātur. cōparatio eſt ſed quę nō equiperat ea quę comparātur. nā finiti ad infinitum non eſt proportio. Et quomodo deſcendit. comparatio eſt aptiſſima: per quam exprimitur chriſti deſcenſus ad hominis naturam ſuſcipiendam. ⁊ eſt manifeſta lectio. ſed pluuia ⁊ nix non reuertuntur ſub forma niuis ⁊ pluuię: ſed per exhalationē: ſic verbum domini. i. chriſtus non reuertetur ad patrē vacuum: ſed inferorū ſpolijs onuſtū. Quecunq; volui. ideſt quę per ipſum fieri diſpoſui. Proſperabit. quoniam omnia illi ex ſententia procedent.

Non enim cogitationes meæ: cogitationes ueſtræ: neq; uiæ meæ uiæ ueſtræ dicit dn̄s. Quia ſicut exaltātur cœli a terra ſic exaltate ſunt uiæ meæ a uiis ueſtris: & cogitationes meæ a cogitationibus ueſtris. Et quomodo deſcēdit imber & nix de cœlo: & illuc ultra non reuertitur: ſed inebriat terram: & infundit eam: & germinare eam facit: & dat ſemē ſereti: & panem comedenti: ſic erit uerbum meum quod egreditur de ore meo. Nō reuertetur ad me uacuū: ſed faciet quæcūq; uolui: & proſperabitur in his ad quæ miſit illud. Ait dominus omnipotens.

Feria quarta ſequēti.

Dixit dominus ad moyſen. Ex exodo capi. xxiiij. in quo poſtea quam deus tradidit per moſen pręcepta moralia et iudicialia. hic diſponit illum ad tradendenda cerimonialia. dicens illi. Aſcende in montem. ſcilꝫ ſinai et ſolus. Eſto ibi. ſubaudi quoad aliud iuſſero. Aſcendens. ideſt dum eſt in ipſo articulo aſcendendi. Senioribus. illis ſeptuaginta quibus commiſerat gubernationis curā. Reuertamur. ſ. ego ⁊ Joſue. Aaron. fratrem moyſis. Hur. ſ. maritū annę ſororis moyſis. Queſtionis. ideſt litigij aut controuerſię. Referetis ad eos. i. ad illorum iudiciū. Aſcendiſſet moyſes. relicto ioſue in montis articulo ſiue humero. Operuit montē. qđ erat ſignū pręſentis domini. Sex diebus. antea quā illum dominus alloqueretur: nihilominus tamē ⁊ poſtea nubes perſtitit: qꝛ ⁊ ſeptimo die de nube illū vocauit. Quaſi ignis. qui erūpēs de nube tendebat in ſublime: ita vt poſſet in caſtris videri. In montem. i. montis verticem.

Feria. iiii. Lectio libri. Exodi. Capi. xxiiii.

IN diebus illis. Dixit dn̄s ad moyſen. Aſcende ad me in montē: & eſto ibi: daboq; tibi duas tabulas lapideas: & legem ac mandata quæ ſcripſi: ut doceas filios iſrael. Surrexerunt moyſes & ioſue miniſter eius. Aſcendenſq; moyſes in montē dn̄i ſenioribus ait. Expectate hic: donec reuertamur ad uos. Habetis aaron & hur uobiſcū: ſi quid natū fuerit quæſtionis: referetis ad eos. Cūq; aſcendiſſet moyſes: operuit nubes montē: & habitauit gloria dn̄i ſup ſinai: tegens illū nube ſex diebus. Septimo aūt die uocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autē ſpecies gloriæ dn̄i: quaſi ignis ardens ſuper uerticem mōtis in cōſpectu filiorum iſrael. Ingreſſuſq; moyſes mediū nebulæ: aſcēdit in mōtē.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quadraginta diebus. hoc prefigurabat quadraginta dierum ieiunium quod facit ad rem: quemadmodum ⁊ quod ſequitur de helia propheta.

Venit helias in berſabee. Ex.iiij. Regum volumine capi.xix. In quo poſtea quam dixit q̄ Jezabel regis Achab vxor minata eſt mortem heliȩ propterea quod occidit prophetas baal: nunc ſcribitur quomodo fugiens reginȩ minas venit in berſabeȩ iuda. ⁊ adiecit iuda. quoniā eſt altera eiuſdē nominis in tribu ſimeonis Joſue. xiiij.

Puerum ſuum. filium mulieris quem ſuſcitauerat. Animȩ ſuȩ. ideſt petiuit a deo mortem. Juniperus arbor eſt quibuſdam in locis adeo ramis protentis vt vmbrā faciat. Vergilius in bucolicis. Juniperi grauis vmbra. Obdormiuit. ex itinere labore feſſus.

Subcinericius panis. cuiuſmodi panes etiam hodie multis in locis fiunt: qui etiam in libris Regum ⁊ Paralipomenis collyridȩ ſiue collyridȩ vocantur. In fortitudine. quoniam etiam ex natura ſua plurimum alimenti habet. vnde athletis miniſtrabatur. Juuenalis. comedunt colliphia paucȩ. In oreb. mons eſt in regione madian nō longe a ſina. Euſebius tamen in Topographia locum eſſe dicit trans iordanem.

Et fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Lectio libri Regum.iii.Capi.xix.

IN diebus illis. Venit helias in berſabee iuda: & dimiſit ibi puerum ſuum: & perrexit in deſertum uiā unius diei. Cūq; ueniſſet & ſederet ſubter unā iuniperū: petiuit animæ ſuæ ut moreretur: & ait: Sufficit mihi domine: tolle animam meam. Neq; enī melior ſum q̄ patres mei. Proiecitq; ſe & obdormiuit in umbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eū: dixitq; ei. Surge comede. Et reſpexit. & ecce ad caput ſuū ſubcinericius panis: & uas aquæ. Comedit ergo & bibit & rurſum obdormiuit. Reuerſuſq; eſt angelus domini ſecundo: & tetigit eum: dixitq; illi. Surge comede: grandis enim tibi reſtat uia. Qui cum ſurrexiſſet: comedit & bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus uſq; ad mōtem dei oreb.

Feria.v. Lectio Iezechielis ꝑphetæ. Capi.xviii.

IN diebus illis. Factus eſt ſermo dn̄i ad me dicēs. Quid eſt q̄ inter uos parabolā uertitis in prouerbiū iſtud in terra iſrael dicētes. Patres comederūt uuam acerbā: & dētes filiorum obſtupeſcūt.

Feria quarta ſequēti.

Factus eſt ſermo domini. Ex Jezechiele propheta capi.xviij. In quo ſupponēdum eſt: quod iudȩi conquerebantur dicentes quod deus illos puniebat non pro ſuis ſed pro parentum delictis. ad quorum confutationem proponit. parabolam ex Prouerbio habentem fundamentum dicens. Quid eſt hoc? ⁊ ſunt verba dei. Eſt autem parabola genere diſſimilium comparatio. Prouerbium vero quȩ a grȩcis dicitur paroemia: ſententia rebus temporibuſq; accommodata: igitur dicit quod ſimilitudo verſa eſt in ſententiam.

Comederunt vuam. ideſt peccauerunt. Obſtupuerunt. ideſt luerunt peccati poenam.

Viuo ergo dicit dñs deus ſi erit uobis ultra parabola hæc in prouerbiũ in iſrael. Ecce oẽs animæ meæ ſunt. Vt anima patris: ita & anima filii mea eſt. Anima quæ peccauerit: ipſa morietur. Et uir ſi fuerit iuſtus: & fecerit iudicium & iuſticiam: in montibus non comederit. & oculos ſuos nõ leuauerit ad idola domus iſrael: & uxorem proximi ſui non uiolauerit: & ad mulierem menſtruatam non acceſſerit: & hominem non contriſtauerit: pignus debitori reddiderit: per uim nihil rapuerit panem ſuum eſurienti dederit: & nudum operuerit ueſtimento: ad uſuram non commodauerit: & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum ſuam: iudiciũ uerum fecerit inter uirum & uirum: in præceptis meis ambulauerit. & iudicia mea cuſtodierit: ut faciat ueritatẽ: hic iuſtus eſt. Vita uiuet: ait dñs deus. Quod ſi genuerit filium latronem effundentẽ ſanguinem: & fecerit unum de iſtis: & hæc quidẽ omnia non facientem: nunquid uiuet? nõ uiuet. Cum uniuerſa hæc deteſtanda fecerit: morte morietur. Sanguis eius in ipſo erit. Quod ſi genuerit filium: qui uidẽs omnia peccata patris ſui: quæ fecit timuerit: & nõ fecerit ſimile eis: iudicia mea fecerit: & in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris ſui: ſed uita uiuet. Pater eius qui calũniatus eſt: uim fecit fratri: & malũ operatus eſt in medio populi ſui: ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. Et dicitis. Quare non portabit filius iniquitatem patris. Videlicet. quia filius iudicium & iuſticiam operatus eſt. Omnia præcepta mea cuſtodiuit et fecit illa: uita uiuet. Ait dominus omnipotens.

Viuo ego. iurandi eſt forma apud hebreos. Si erit. q. d. non erit. ſicut illud pſalmi ſi introibunt in requiem meam. Ipſe morietur. nõ filius pro patre. Et vir. per exẽplum oſtẽdit quod dixit. In mõtibus. vbi erant idola indigenarũ. Unde ꝛ de bonis regibus in libris regum quod abſtulerunt excelſa. Pign⁹ debitori. in ſuprema neceſſitate illius rei conſtituto. Iudicium fecerit. ſumptus arbiter inter diſceptãtes. Quod ſi. exemplum a contrario de filio peruerſo hominis iuſticię operibus: cuius opera cõtraria repetit. Cũ vniuerſa hęc. nõ collectiue ſed diſtributiue pro quolibet illorũ. Quod ſi. exemplũ de filio iuſto patris iniuſti. et oĩa ſunt ex ſuperiorib⁹ manifeſta.

Feria ſexta ſequenti.

## Feria ſexta Iezechielis prophetæ. Capi. xviii.

Hec dicit dñs de⁹. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Fili⁹ nõ portabit iniquitatẽ patris. & pater nõ portabit iniquitatẽ filii. Iuſticia iuſti ſuper eũ erit: & impietas impii erit ſuper eũ. Si autẽ impius egerit pœnitentiam ab oĩbus peccatis ſuis

Anima que peccauerit. Ex eodẽ capite xviij. Iezechielis. Ubi poſteaq̃ ſupiora colligit Ponit exẽpla de auertẽtibus ſe a propoſito ꝛ pri

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mo de malo in bonū. Omnia pręcepta. nā peccās in vno factꝰ eſt omniū reus. Nō recor
dabor. puniēdo ęternaliter. puniētur tamē temporaliter. Si autem auerterit ſe iuſtus. po
nit exemplum de auertente ſe a bono in malum. Iuſticię quas fecerat. ſ. tempore gratię.
Nō recordabūtur. genꝰ
verbi poſuit pro genere
hoc eſt deponens ꝓ acti
uo. Et dixiſtis. ſubaudi
male de me opinantes.
Nō eſt ęqua ſic punien
do quēadmodū eſt dictū.
Cū auerterit ſe impius.
exemplū a cōtrario ⁊ ſu
periora colligens: vnum
quemqꝫ iuxta vias ſuas
iudicabo. i. ſecundū ope
ra quę geſſit.

Sabbato ſequenti.

Locutus eſt moyſes.
ex deuteronomio ca
pi. xxvi. i quo poſtea quā
poſuit legis pręcepta nūc
dicit ꝙ debet homo eſſe
gratꝰ de beneficijs a deo
acceptis: ⁊ quo modo ſit
a deo precaturus. De
ſanctuario. quid ſi ſancta
rio potius eſſet legendū.
nā ſanctaria ſunt vbi ſan
cte repo[...]ntur res. Ha
bitaculo cęlorū. quia cę
lum cęli dño tamē in ter
ra quoqꝫ illi habitaculū
cōſtituit ad illius cęleſtis
imaginem. Hodie do
minus. de obedientia in
diuinis mandatis. ⁊ dicit
hodie ꝓ eo quod eſt ſem
per. quale eſt illud ego
hodie genui te. et quod
ſequitur dominum elegi
ſti hodie. ideſt in ęternū
ex quo legē illius in mō
te ſinai accepiſti: et ho
die elegit te eodem mo
do eſt exponendum.

quæ operatus eſt: & cuſtodierit uniuerſa præcepta
mea. & fecerit iudiciū & iuſticiā: uita uiuet & nō mo
rietur. Omniū iniquitatū eiꝰ quas operatus eſt nō
recordabor. In iuſticia ſua quā operatus eſt uiuet.
Nūquid uolūtatis meæ eſt mors impii: dicit domi
nus deus: & nō ut conuertatur a uiis ſuis: & uiuat? Si
aūt auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua: & fecerit iniqui
tatē ſecundū oēs abominationes quas operari ſolet
impius: nūquid uiuet? Oēs iuſticiæ eius quas fece
rat: non recordabūtur. In præuaricatione ſua qua
præuaricatus eſt: & in pctō quod peccauit: in ipſis
morietur. Et dixiſtis. Nō eſt æqua uia dñi. Audite
domus iſrael. Nūquid uia mea nō eſt æqua & non
magis uiæ ueſtræ prauæ ſunt? Cū eñ auerterit ſe iu
ſtus a iuſticia ſua: & fecerit iniquitatē: morietur in
eis. In iniuſticia ſua quam operatꝰ eſt morietur. Et
cū auerterit ſe impiꝰ ab impietate ſua quā operatꝰ
eſt: & fecerit iudiciū & iuſticiā: ipſe animā ſuā uiui
ficabit. Cōſiderans enim & auertēs ſe ab oībus ini
quitatibus ſuis: quas operatus eſt: uita uiuet & non
morietur. Dicit dominus omnipotens

Sabbato. Lectio Deuteronomii. Capi. xxvi.

In diebꝰ illis. Locutus eſt dñs ad moyſen di
cēs. Reſpice dñe de ſanctuario tuo: & de ex
celſo cœlorum habitaculo: & benedic popu
lo tuo iſrael: & terræ quā dediſti nobis: ſicut iura
ſti patribus noſtris: terræ lacte & melle mananti.
Audi iſrael. Hodie dominus deus tuus præcepit ti
bi: ut facias mandata eius atqꝫ iudicia: & cuſtodias
ex toto corde tuo & ex tota anima tua. Dominum
elegiſti hodie: ut ſit tibi deꝰ: & ambules in uiis eiꝰ:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Peculiaris.i.proprius a peculio quod eſt proprium eius qui ſeruit. Excelſiorem. quod fecit chriſtus in populo chriſtiano iſraelitico populo abdicato. Quas creauit. quia omnia in dei gloriam ordinantur.

In diebus illis dixit Moyſes filijs iſrael. Si cuſtodieritis ⁊c. Ex deuteronomio cap̄.xi. Ubi poſtea quā poſuit legis pręcepta pręmia ſeruantibus illa proponit. deum veſtrum quod potiſſimum eſt ex pręceptis. Gētes iſtas: quarum regiones poſſeſſuri eſtis. Fortiores vobis. et numero ⁊ robore. A deſerto. deſcriptio eſt terrę promiſſionis. nā deſertum eſt a meridie. libanus mons a ſeptētrione. euphrates ab ortu ſolis. ab occaſu vero mare occidentale. i. cypriū qd iudeā ab occaſu abluit. Terrorem veſtrum. actiue. i. quem hoſtibus veſtris incutietis.

& cuſtodias cerimonias illius: & mandata atq; iudicia: & obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie: ut ſis ei populus peculiaris: ſicut locutus eſt tibi: ut cuſtodias omnia præcepta eius: & faciat te excelſiorem cunctis gentibus: quas creauit in laudem & nomen & gloriam ſuam. Et ſis populus ſanctus domini dei tui: ſicut locutus eſt tibi.

Lectio Deuteronomii. Capi.xi.

IN diebus illis. Dixit moyſes filiis iſrael. Si cuſtodieritis mādata quæ ego præcipio uobis: & feceritis ea: ut diligatis dominum deum ueſtrū: & ambuletis in omnibus uiis eius adhærentes ei: diſperdet dn̄s omnes gētes iſtas ante faciē ueſtrā: & poſſidebitis eas quæ maiores & fortiores uobis ſunt. Omnis locus quem calcauerit pes ueſter: ueſter erit. A deſerto & libano & flumine magno euphrate uſq; ad mare occidētale erunt termini ueſtri. Nullus ſtabit contra uos. Terrorem ueſtrum & formidinē dabit dominus deus ueſter ſuper omnem terram quam calcaturi eſtis: Sicut locutus eſt uobis dominus deus ueſter.

In diebus illis. Orationem faciebant. ex ſecundo Machabeorum libro cap̄. i. ſed verborū ordine permutato. Eſt autem epiſtola iudeorū habitantium in iudęa ad eos qui habitabant in egypto. Inuitant namq; eos ad celebritatem quorūdam feſtorum ob victorias partas de hoſtibus: et faciant rogantes quod vt ipſi fecerunt. Et primo ponit quid ſacerdotes eius faciebant. Jonatha. qui erat cantorū princeps. dicentibus benefaciat vobis deus. hec verba non ſunt reſpondentium: ſed mittentium litteras: in capite ipſius epiſtolę in quo bene pręcātur illis ad q̄s ſcribūt:

Lectio Machabæorum.ii.Capi.i.

IN diebus illis. Orationē faciebāt ſacerdotes dū offerrēt ſacrificiū pro populo iſrael: ionatha inchoāte cæteris autem reſpōdētibus & dicētibus. Bene faciat nobis deus: & meminerit teſtamēti ſui quod ad Abraam & iſaac & iacob locutus eſt ſeruorum ſuorum fidelium. Et det uobis cor omnibus ut colatis eum: et faciatis eius uoluntatem. Adaperiat cor ueſtrū in lege ſua & ī præceptis ſuis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſicut nos ſolemus dicere ſalutē. Sed nihil refert: cum ad propoſitū faciāt. Lectio ſatis patet.

Miſerere noſtri deus. Ex eccleſiaſtico cap. xxxvi. vbi ponitur oratio qua preſul vti debet fundēs preces pro omnibus tam gētilibus quam iudeis: deinde pro iudeis peculiariter. Reſpice nos. quod eſt idē quod faue nobis. Lumē miſerationū tuarū. quia eo tēpore quo auctor hunc librū ſcribebat: iudei erant quodā modo in tenebris imminēte illis ptolemeo ſotere egypti rege.

& faciat pacē. Exaudiat dn̄s orationes ueſtras: & reconcilietur uobis: nec uos deſerat in tempore malo dominus deus noſter.

Lectio libri ſapiētiæ. Eccle. Capi. xxxvi.

Miſerere noſtri de⁹ omniū: & reſpice in nos: et oſtēde nobis lumē miſerationū tuarū. Et immitte timorē tuū ſup gētes: quæ nō exquiſierūt te: ut cognoſcant quia non eſt deus niſi tu: ut enarrent mirabilia tua. Alleua manum tuam. Sicut enim in cōſpectu eorū ſanctificatus es in nobis: ſic in cōſpectu noſtro magnificaberis in illis. Vt cognoſcāt te: ſicut & nos cognouimus: qm̄ non eſt deus præter te dn̄e. Innoua ſigna: & immuta mirabilia. Glorifica manū & brachiū dextrū. Excita furorē: & effunde iram. Extolle aduerſariū: & afflige inimicū. Feſtina tēpus: & memēto finis: ut enarrent magnalia tua dn̄e deus noſter.

Lectio Danielis. Capi. iii.

IN diebus illis. Angelus dn̄i deſcendit cū azaria & ſociis ei⁹ in fornace. & excuſſit flāmam ignis de fornace: & fecit mediū fornacis quaſi uentum roris flantē. Flāma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadragintanouē: & incendit quos reperit iuxta fornacē de chaldæis miniſtros regis: qui eā incendebāt. Illos autē nō tetigit oīno ignis: neq̨ cōtriſtauit: neq̨ quicq̄ moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi ex uno ore laudabāt & glorificabāt et

Timorē tuum. actiue ꝑ terrore. Alleua manum tuā. pro aggraua deprimendo eos ad interitum. Sicut in conſpectu eorū. reducēs nos ab idolatria p flagella vt in. iiij. Regū legim⁹. Magnificaberis in eis. i. magn⁹ appareas. Innoua ſigna. ſicut feciſti quo tempore patres noſtros ex egyptia ſeruitute liberaſti. Manū & brachium. quib⁹ mirabilia illa feciſti. Furorem & irā. quę ſunt puniēdi inſtrumēta. Extolle. i. extra terrā et terminos patrię pone. alias extollere ꝑ laudare. Feſtina tēpus. ſ. illorum punitionis & noſtrę liberationis. Et memēto finis. ſ. aduētus meſſię ſ. ieſu xp̄i quē hebręi expectant et nos veniſſe iam confitemur.

In dieb⁹ illis. Angelus dn̄i. Ex daniele cap. iij: vbi legit: qd̄ Nabucdonoſor rex Chaldęorum iuſſit tres pueros danielis comites mitti i fornacē ignis propterea qd̄ noluerint adorare ſtatuā illā quā erexerat: quib⁹ in fornace poſitis deus miſit in auxilium angelū ſuum & quid fecerit narrat. Cum azaria. qui prius vocabatur abdenago. & ſociis eius. ſ. ananię & miſaeli. Uētum roris. i. flatum afferentē roris refrigerationē. Tunc hi tres. quid pueri fecerint oſtēdit poſteaq̄ ſunt liberati.

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

Nomē ſanctum. i. tetragrammaton hoc eſt quattuor litterarū. In templo glorię tuę. proprie tēplum eſt cęlum. vt Seneca in hercule furente tēpla ſummi vidua deſerui ętheris. In throno. i. in ſede cęleſti: quia cęlum eſt ſedes eius ⁊ terra ſcabellum pedum eius. Intueris abyſſos. i. mundi huius impenetrabilia ⁊ ſecreta.

FRatres. Rogamus vos. Ex epiſtola ad Theſſalonicēenes pri. capi. v. in quo oſtendit quomodo theſſalonicenſes ſe debeāt habere erga primos. Corripite inquietos. in gręco admonete inordinatos. Puſillanimes. i. in tribulationib⁹ deficiētes. In oib⁹. ſ. tā pſperis quā aduerſis. In gręco legit̄ in omni. ⁊ eſt idē ſenſus. Spiritū. quomodo ſe debeāt habere erga deum ⁊ religionē. ſpiritū igit̄ p deuotione itelligit. Prophetias. i. expoſitiōes ſacrę ſcripturę. Ab omni ſpecie. i. nō ſolum a malo ſed etiam ab eo qđ habet mali ſuſpitionē. Deus pacis. ſ. auctor et dator. Per oīa. i. oīno. vt integer. In gręco eſt integer ſpiritus veſter ⁊c.

benedicebāt deū in fornace: dicētes. Benedictus es dn̄e deus patrū noſtrorū: & laudabilis & ſuperexaltatus in ſæcula. Et benedictum nomē gloriæ tuæ: ſanctū & laudabile & ſupexaltatū in oībus ſæculis. Benedictus es tēplo ſancto gloriæ tuæ: & ſuperlaudabilis & ſupergloriosus in ſæcula. Benedictus es in throno regni tui: & ſuplaudabilis & ſuperexaltatus in ſæcula. Benedictus es qui intueris abyſſos: & ſedes ſup cherubin: & laudabilis & ſupexaltatus in ſæcula.

## Ad Theſſalonicenſes. Capi. v.

FRatres. Rogam⁹ uos: corripite inquietos: cōſolamini puſillanimes: ſuſcipite infirmos: patientes eſtote ad oēs. Videte ne quis malū pro malo reddat alicui: ſed ſemp qđ bonū eſt ſectamini in inuicē & in oēs. Semp gaudete: ſine intermiſſione orate: in oībus gratias agite. Hæc em̄ uoluntas dei in xp̄o ieſu in omnibus uobis. Spiritum nolite extinguere: prophetas nolite ſpernere. Oīa autē pbate: quod bonū eſt tenete: ab omni ſpecie mala abſtinete uos. Ipſe autē de⁹ pacis ſanctificet uos p oīa: ut integer ſpūs ueſter, & aīa & corpus ſine querela in die aduētus dn̄i noſtri ieſu xp̄i ſeruetur.

## Dn̄ica. ii. Ad theſſalonicēſes. i. Capi. iiii.

FRatres. Rogamus uos & obſecramus in dn̄o ieſu ut queādmodum accepiſtis a nobis quomodo uos oporteat ambulare & placere deo: ſic & ambuletis ut abūdetis magis. Scitis em̄ quæ præcepta dederim uobis p dn̄m ieſum. Hæc eſt em̄ uolūtas dei ſanctificatio ueſtra ut abſtineatis uos a fornicatiōe: ut ſciat unuſquiſq; ueſtrū ſuū uas poſſidere

Dominica ſecunda.

FRatres. Rogamus vos ⁊ obſecramus. ex epiſtola prima ad theſſalonicenſes capi. iiij. in quo illos ad pudiciciam hortatur: quia forte pronìores erant ad venerea. Accepiſtis a nobis. i. audiſtis cū eramus pręſentes. Sic ⁊ ambuletis. hoc non eſt in gręco ſubintelligitur tamen. Sanctificatio veſtra. i. vt mundi ſitis ⁊ ſancti. Suū vas. ſuum corpus qđ eſt animę domicilium.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et honore. quia per libidinem corpus dehoneſtatur. In paſſione deſiderij. i. in affectione concupiſcentię quę perturbat rationem. Sicut gentes. quę putant concubitus vagos eſſe licitos. Ne quis ſupergrediatur. i. ſupplantet ſiue decipiat. Circumueniat quod fere idẽ eſt hoc eſt ex inſidijs adoriri. ⁊ neq̧ particula nõ eſt in greco. Vindex eſt. huiuſmodi criminum punitor. In immundiciam. i. vt eſſemus libidinibus inquinati.

Feria ſecũda ſequẽti.

In diebus illis. Orauit daniel. ex Daniele ꝓpheta cap. ix. in quo daniel petit a domĩo mali amotionem ac deinde boni largitionem. quod vt impetret: beneficia iã accepta commemorat: atq̧ imprimis ab egyptia ſeruitute liberationem. Secundum diem hanc. i. ſicut ⁊ nũc facis erga nos. In omnem. i. contra tuam legẽ. A ciuitate tua. in qua peculiariter coleris. Monte ſancto. vbi tẽplũ erat. Per circuitũ. quia vicinis omnibus erãt pręda. Nunc ergo. boni petitionem ponit. Super ſanctuarium. i. templum tuo cultui reſtituendum. Propter te. i. vt veritas tua omnibus ſit nota. In iuſtificationib⁹. i. in precib⁹ iuſtis debita a te petendo. ſed ad tuam miſericordiam confugientes. Exaudi domine. inſtat exaggeratq̧ preces. Placare. ideſt ſis placatus ab ira. Attende. ideſt ſis attentius ad pręces noſtras. Et fac. ſubaudi quod petim⁹. Ne moreris. qꝛ ꝓmiſſionis tuę inſtat tempus.

Feria tertia ſequenti.

in ſanctificatione et honore. Nõ in paſſione deſiderii: ſicut & gentes quæ ignorant deum. Et ne quis ſupergrediatur: neq̧ circũueniat in negocio fratrẽ ſuum: quoniã uindex eſt dñs de his omnibus: ſicut prædiximus uobis: & teſtificati ſumus. Non enim uocauit nos deus in immundiciã: ſed in ſanctificationem. In chriſto ieſu domino noſtro.

Feria. ii. Lectio Danielis. Capi. ix.

In diebus illis. Orauit daniel dicẽs. Domine deus noſter qui eduxiſti populum tuum de terra ægypti in manu forti: & feciſti tibi nomẽ ſecundum diem hanc: peccauimus iniquitatem fecimus domine in omnẽ iuſticiam tuam. Auertatur obſecro ira tua: & furor tuus a ciuitate tua ieruſalẽ: & a monte ſancto tuo. Propter peccata enim noſtra & iniquitates patrum noſtrorũ ieruſalem & populus tuus in opprobrium ſunt oĩbus per circuitum noſtrũ. Nũc ergo exaudi deus noſter orationẽ ſerui tui: & præces eius: & oſtẽde faciẽ tuam ſuper ſanctuariũ tuũ: quod deſertũ eſt. Propter temetipſum inclina deus meus aurem tuã & audi: aperi oculos tuos & uide deſolationem noſtram: & ciuitatem ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum. Neq̧ enim in iuſtificationib⁹ noſtris proſternimus preces ante faciẽ tuã: ſed in miſerationib⁹ tuis multis. Exaudi dñe: placare dñe: attende & fac. Ne moreris propter temetipſum deus meus: quia nomen tuũ inuocatum eſt ſuper ciuitatem: et ſuper populum tuũ: Domine deus noſter.

Feria. iii. Lectio libri Regum. iii. Capi. xvii.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IN diebus illis. Factus eſt ſermo dñi ad heliã theſbiten dicẽs. Surge & uade in ſareptã ſydoniorum et manebis ibi. Præcepi em̃ ibi mulieri uiduæ: ut paſcat te. Surrexit & abiit in ſareptam. Cũq; ueniſſet ad portam ciuitatis: apparuit ei mulier uidua colligens ligna. Et uocauit eã: dixitq; ei. Da mihi paululũ aquæ in uaſe ut bibam. Cũq; illa pergeret ut afferret: clamauit poſt tergum eius dicens. Affer mihi obſecro et bucellam panis in manu tua. Quæ reſpondit. Viuit dominus deus tuus: quia nõ habeo panem: niſi quãtum pugillus capere poteſt farinæ ĩ hydria & paululũ in lecytho. En colligo duo ligna: ut ingrediar: & faciã illud mihi & filio meo: ut comedamus & moriamur. Ad quã helias ait. Noli timere: ſed uade & fac ſicut dixiſti. Verũtamẽ fac mihi primum de ipſa farina ſubcinericium panẽ paruulũ & affer ad me. Tibi autem & filio tuo facies poſtea. Hæc autem dicit dominus deus iſrael. Hydria farinæ nõ deficiet: & lecytus olei non minuetur uſq; ad diem in qua daturus eſt dominus pluuiam ſuper faciẽ terræ. Quæ abiit: et fecit iuxta uerbum heliæ. Et comedit ipſe & illa & domus eius. Et illa die hydria farinæ non defecit: & lecytus olei nõ eſt imminutus: iuxta uerbum domini quod locutus eſt in manus heliæ.

FActꝰ eſt ſermo dñi. Ex.iij. regum libro cap.xvij. quomodo iuſſu dei helias propheta venit in ſareptã vrbem phenices vbi hoſpitio ſuſceptus eſt a muliere vidua. Buccellã panis. i. quãtum oris bucca poſſit capere. In lecytho. i. vaſculo oleario qđ ⁊ capſaces alio nomine dicitur. Et moriamur. cũ deinceps nihil alimẽti ſupſit. Subcinericium panẽ. collicion ſiue colliphiũ: cuiuſmodi panibus vtebantur athletę. Cętera ex hiſtoria ſunt manifeſta.

Feria.iiii. Lectio Eſter. Capi.xiii.

IN diebus illis. Orauit eſter ad dñm dicens. Dñe rex omnipotens: in tua dicione cuncta ſunt poſita: & nõ eſt qui poſſit tuæ reſiſtere uoluntati. Si decreueris ſaluare nos: continuo liberabimur. Tu enim domine feciſti cœlum & terram: et quicquid cœli ambitu cõtinetur. Tu es dñs omniũ: & non eſt qui reſiſtat maieſtati tuæ. Et nunc domine rex regum deus abraam miſerere populo tuo: quia uolũt nos inimici noſtri perdere: et hereditatem tuã delere. Ne deſpicias partẽ tuã: quã redemiſti tibi de ægypto: ſed exaudi deprecationem noſtrã: & propicius eſto ſorti & funiculo hereditatis

Feria quarta ſequẽti. ORauit eſter ad dñz. Ex libro eſter capi. xiij. Sz hęc nõ eſt oratio eſter reginę: ſed mardochei patrui illiꝰ ⁊ ſunt in ea ỽba q̃dã immutata ex originali. Saluare nos. in origiali ſaluare iſrael. Cęli ambitu. circũplexu vt inquit Plinius. Inimici nři. aman ſcilȝ qui moliebatur iudęorũ gẽtem perdere. Partẽ tuã. i. hereditatẽ peculiarem. Sorti et funiculo. quia ſoliti erant antiqui



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per funes metiri hereditates ⁊ deinde ſortiri. vt in pſalmo funes ceciderunt mihi in preclaris. Te canentium. i. laudantium. Feria quinta ſequenti.

HEc dicit dñs. Maledictus homo. Ex ieremia propheta cap. xvij. in quo reprobat populum iudaicũ propter falſam confidentiã atq; imprimis propter confidentiã quã habebat de egyptijs. Qui cõfidit in hoie. ſicut ſedecias fiducia egyptiorũ cõtra nabucdonoſor.

Carnem brachiũ ſuũ. i. hominem vires ſuas. Quaſi myrice. ſi recte interpretatus eſt arborẽ ſiue fructicẽ intelligit qui vulgo dicitur atarfe ſiue tarahe. ſed quod dicit nõ cõpetit penitus myrice. Super aquas. i. iuxta aquas ad humorẽ id proprium eſt arboris radicibus querere vnde alat. Eſtus. eſtatis calor. Solicitum. i. in cura poſitũ ne humore deſtituatur. Deinde reprobat eoſdẽ propter confidentiã quã habebãt in ſeipſis. Inſcrutabile. q2 multos habet receſſus. Quis. q. d. nemo: preter q̃ ego dominus ⁊c.

Feria ſexta ſequenti.

IN diebus illis. Dixit ioſeph. Ex geneſis libro capi. xxxvij. in quo narrat: quo pacto ioſeph maximus ſomniorum coniectator expoſuit fratribus ſuis ſomnium: qd fuit cauſa maioris odij in illum. Quod vidi. vnde ⁊ ſomnia que aliquid ſignificant: viſa dicũtur. Putabã. i. videbar mihi videre. Manipulos. puta frumenti. Stare. erectũ cũ alij ſe illi proſternerent. Rex noſter. nam hoc deſignare vi-

tuæ. Et conuerte luctũ noſtrum in gaudium: ut uiuentes laudemus nomẽ tuũ. Et ne claudas ora canentium te: Domine deus noſter.

Feria. v. Lectio Ieremiæ. Capi. xvii.

HEc dicit dominus. Maledictus homo qui cõfidit in homine: & ponit carnem brachium ſuum: & a domino recedit cor eius. Erit enim quaſi myricæ in deſerto: & non uidebit cũ uenerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto in terra ſalſuginis & inhabitabili. Benedictus uir qui confidit in domino: & erit dominus fiducia eius. Et erit tanq̃ lignũ quod tranſplãtatur ſuper aquas: quod ad humorem mittit radices ſuas: et non timebit cũ uenerit æſtus. Sed erit folium eius uiride: et tẽpore ſiccitatis non erit ſolicitum: nec aliquãdo deſinit fructum. Prauum eſt cor hominis et inſcrutabile. Quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans corda et probans renes: qui do unicuiq; iuxta uiã ſuã: & iuxta fructum adinuentionum ſuarum. Dicit dominus omnipotens.

Feria. vi. Lectio libri Geneſis. Capi. xxxvii.

IN diebus illis, Dixit ioſeph fratribus ſuis. Audite ſomniũ meũ quod uidi. Putabam ligare nos manipulos in agro: & quaſi conſurgere manipulum meum & ſtare: ueſtroſq; manipulos circũſtãtes: adorare manipulum meum. Reſponderunt fratres eius. Nunquid rex noſter eris: aut ſubiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorum atq;

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſermonum inuidiæ et odii fomitem miniſtrauit. Aliud quoqꝫ uidit ſomnium: quod narrans fratribus ait. Vidi per ſomnium quaſi ſolem & lunã: & ſtellas undecim adorare me. Quod cũ patri ſuo & fratribus retuliſſet: increpauit eum pater ſuus: et dixit. Quid ſibi uult hoc ſomnium quod uidiſti? Num ego et mater tua et fratres tui adorabim⁹ te ſuper terram? Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater uero rem tacitus conſiderabat. Cumqꝫ fratres illius in paſcendis ouibus patris morarentur in ſichen: dixit ad eum iſrael. Fratres tui paſcunt oues in ſichimis: ueni mittã te ad eos. Quo reſpondente præſto ſum ait. Vade & uide ſi cuncta proſpera ſunt erga fratres tuos & pecora: & renuncia mihi quid agatur. Miſſus de ualle ebron: uenit in ſichem. Inuenitqꝫ eum uir errantem in agro: et interrogauit quid quæreret. At ille reſpondit? Fratres meos quæro: indica mihi ubi paſcant greges. Dixit ei uir. Receſſerunt de loco iſto. Audiui autem eos dicere. Eamus in dothaim. Perrexit ergo ioſeph poſt fratres ſuos: & inuenit eos in dothaim. Qui cum uidiſſent eum procul anteꝗ̃ accederet ad eos: cogitauerunt illum occidere: & mutuo loquebantur. Ecce ſomniator uenit: uenite occidamus eum: & mittamus in ciſternam ueterem. Dicemuſqꝫ Fera peſſima deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi proſint ſomnia ſua. Audiens autẽ hæc ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum: et dicebat. Non interficiamus animam eius: neqꝫ effundamus ſanguinem: ſed proiicite eum in ciſternam hanc quæ eſt in ſolitudine: manuſqꝫ ueſtras ſeruate innoxias. Hoc autem dicebat uolens eripere eum de manibus eorum: & reddere patri ſuo.

Sabbato Lectio Geneſis. Capi. xxvii.

debat ioſeph. Odiũ fomitem. ideſt incendium et accremẽtum. Aliud quoqꝫ vidit ſomnium: quod iacob pater interpretatur. Sed cum rachel mater iam eſſet mortua: quid ſibi vult quod ait mater tua? Sunt autem qui dicant hoc ſomnium fuiſſe anteꝗ̃ mater ex partu beniamin moreretur. Tacitus. neqꝫ eñ dubitabat ſomnia illa portendere aliquid magnum. In ſichem. que grece et latine dicitur ſichima. & fuit ciuitas cananeorum in finibus tribus ephrain. Hec eſt que in euangelio ioannis dicitur ſichar ſed corrupte.

Iſrael. ſic cognominatus eſt iacob. De valle hebron. vbi iacob habitabat. Eamus in dothaim. locus eſt teſte Euſebio diſtans a ſamaria hoc eſt ſebaſte ciuitate duodecim millibus paſſuum aquilonem verſus. Audiens hec ruben. qui erat ex eis natu maximus. In tunica talari. ideſt ad talos vſqꝫ fluxa. ſed cum homini non ſit talus mirũ quid placuerit latinis talarem tunicam pro podere ponere. Diuerſicolore ac multis liciis contexta.

Sabbato ſequenti.

IN diebus illis. Dixit rebeca filio ſuo iacob. Audiui patrẽ tuum loquẽtem cum eſau fratre tuo: & dicentẽ ei. Affer mihi de ueuatione tua: & fac cibos ut comedã: & benedicã tibi corã dño anteq̃ moriar. Nunc ergo fili mi acquieſce cõſiliis meis & pergẽs ad gregem: affer mihi duos hedos optimos: ut faciam ex eis eſcas patri tuo: quibus libenter ueſcitur. Quas cum intuleris et comederit: benedicat tibi priuſq̃ moriatur. Cui ille reſpondit. Noſti quod eſau frater meus homo piloſus ſit: et ego leuis. Si attrectauerit me pater me⁹ & ſenſerit: timeo ne putet me ſibi uoluiſſe illudere: & inducat ſuper me maledictionem pro benedictione. Ad quẽ mater. In me ſit ait iſta maledictio fili mi: tantum audi uocem meam: & pergẽs affer quæ dixi. Abiit et attulit: deditq̃ matri. Parauit illa cibos: ſicut nouerat uelle patrem illius: & ueſtibus eſau ualde bonis: quas apud ſe habebat domi induit eum. Pelliculaſq̃ hedorum circũdedit manibus: & colli nuda protexit. Dedit pulmentum: & panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille reſpondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq̃ iacob. Ego ſum eſau primogenitus tuus: feci ſicut præcepiſti mihi. Surge ſede & comede de uenatione mea: ut benedicat mihi aĩa tũa. Rurſumq̃ iſaac ad filiũ ſuũ. Quomodo tã cito inquit inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpõdit. Volũtas dei fuit: ut cito mihi occurreret quod uolebam. Dixitq̃ iſaac. Accede huc ut tãgam te: & probẽ utrũ tu ſis filius meus eſau an non? Acceſſit ille apud patrem: & palpato eo: dixit iſaac. Vox quidem uox iacob eſt: ſed manus manus ſunt eſau. Et non cognouit eum: quia piloſæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerat. Benedicẽs ergo ait illi. Tu es filius me⁹ eſau? Reſpõdit: ego ſum. At ille. Affer mihi cibos de uenatione tua fili mi: ut benedicat tibi aĩa mea. Quos cũ oblatos comediſſet: obtulit ei etiam uinum. Quo hauſto dixit ad eũ. Accede ad me: & da mihi oſculum fili mi. Acceſſit & oſculatus eſt eum. Statimq̃

In diebus illis. Dixit rebeca. Ex libro Geneſis cap. xxvii. in quo monſtratur diuina quedam diſpoſitio in ſucceſſione benedictionis iſaac in poſteros. Audiui patrem tuum. dixerat nãq̃ eſau filio vt afferret ſibi aliquid ex venatione.
Nunc ergo. mater pro filio ſolicita cõmentũ parat. Quibus libenter veſcitur. i. veſci cõſueuit.
Piloſus hirſutus ſiue hiſpidus. Ego lenis. tãetſi lenis ad tactũ referatur. i. nõ reſiſtẽs: cõmodior littera eſt leuis. i. ſine pilis: qđ opponitur ei qđ dixit piloſus. Senſerit. dolos ſibi parari.
Abijt. ſ. ad gregẽ. Attulit. hedos iuſſos. Colli nuda. i. glabra. Pulmẽtũ. carnes ſine oſſib⁹. vnde dictũ pulmentũ quaſi pulpamentũ. Et probẽ. qm̃ ex voce dubitabat.
Similitudinẽ maioris. ſubaudi filij hoc eſt eſau Expreſſerãt. i. aſſimulauerant. Iuuenalis. mir-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ut ſenſit ueſtimentorum illius fragrantiā: benedicens illi ait. Ecce odor filii mei: ſicut odor agri pleni: cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore cœli et de pinguedine terræ abundantiam frumenti uini et olei: et ſeruiant tibi populi: et adorent te tribus. Eſto dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filii matris tuæ. Qui maledixerit tibi ſit ille maledictus. Et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Vix iſaac ſermonem impleuerat: & egreſſo iacob foras: uenit eſau. Coctoſq; de uenatione cibos intulit patri: dicens. Surge pater mi: & comede de uenatione filii tui: ut benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi iſaac. Quis enim es tu? Qui reſpōdit. Ego ſum filius tuus primogenitus eſau. Expauit iſaac ſtupore uehementi: et ultra q̄ credi poteſt admirans ait. Quis igitur ille eſt: qui dudum captam uenationem attulit mihi: & comedi ex omnibus priuſq̄ tu uenires. Benedixiq; ei et erit benedictus. Auditis eſau ſermonibus patris: irrugiit clamore magno: & conſternatus ait. Benedic etiā et mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulēter: et accepit benedictionem tuam. At ille ſubiunxit. Iuſte uocatum eſt nomen eius iacob: ſupplantauit enim me en altera uice. Primogenita mea ante tulit: et nunc ſecundo ſurripuit benedictionem meam. Ruſumq; ad patrem. Nunquid nō reſeruaſti ait et mihi benedictionem? Reſpondit iſaac· Dominum tuum illum conſtitui: et omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui. Frumento et uino ſtabiliui: & tibi poſt hæc fili mi ultra quid faciam? Cui eſau ait. Nun unam inquit tantum benedictionem habes pater? Mihi quoq; obſecro ut benedicas. Cumq; eiulatu magno fleret: motus iſaac dixit ad eum. In pinguedine terræ: & in rore cœli deſuper erit benedictio tua.

miſſionem exprimat infans. Veſtimentorum fragrantiam. ideſt odorem ex veſtibus quę fuerant eſau. Agri pleni. floribus et pomis odoratis. et ſubdit benedictionis formam. Irrugiit. pro infremuit. nam rugitus leonum eſt. Iacob. interpretatur namq; iacob ſupplātator. Altera vice. quando vendidit illi primogenituram. ſed illa non fuit fraus: quia volenti non fit iniuria.

Mihi quoq; benedicas. inſtat Eſau et tandem benedictionis partem a iacob extorquet.

Cum eiulatu. ideſt flebili voce. Sunt qui per aſpirationem in principio ſcribant quia ab hei ſit verbum heiulor inclinatum.

Dominica tertia.

Dominica tertia. Lectio epiſtolæ pauli ad Epheſios ·Capi. v.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

FRatres. Eſtote imitatores dei. Ex ep̃la pauli ad Epheſios cap. v. in quo poſteaꝙ epheſios inſtituit moribꝰ: nũc de eoſdẽ informat exẽplo. Exẽplũ aũt imitabile qđ ꝓponitur eſt xp̃s. Filij chariſſimi. alioqui nõ eſſetis veri filij ſed degeneres. ⁊ in quo debeãt chriſtũ imitari declarat hoc eſt in dilectione. In odorẽ ſuauitatis. hypallage eſt ꝓ in ſuauitatem odoris: ⁊ alludit ad holocauſtũ ex quo vapor hallabat ſuauis. Fornicatio. ⁊ in ijs quę ſequunt̃ debemꝰ xp̃m imitari: fugiendo hęc uitia. Ne nominet̃. igit̃ multo minꝰ exerceat̃. Scurrilitas. Paulꝰ hoc in loco eutrapeliam poſuit q̃ comitas interpretatur. ⁊ virtꝰ eſt circa iocos: ſed ⁊ hos quoqꝫ paulus ꝓhibet: q꞉ vt ait ad rẽ nõ pertinet: quã chriſtianus intẽdit. Gratiarũ actio ꝓ beneficijs acceptis ſubaudi ſit vobis: ſed q꞉ grę ce eſt eucharistia põt interpretatio gratioſus ſermo ſit vobis. Idolorũ ſeruitꝰ. q꞉ pecunias magis quã deũ colũt. Nemo vos ſeducat. hoc eſt ab hac doctrĩa ſeparãdo Filios diffidẽtię. qui nõ credũt quę ſunt credẽda. Eratis tenebrę. i. ĩ ignorantia poſiti. nũc autem eſtis filij lucis.

FRatres: Eſtote imitatores dei ſicut filii chariſſimi: & ambulate in dilectione: ſicut & chriſtꝰ dilexit nos: & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Fornicatio autem & omnis immundicia: aut auaricia: nec nominetur ĩ uobis: ſicut decet ſanctos. Aut turpitudo: aut ſtultiloquiũ: aut ſcurrilitas: quæ ad rẽ nõ pertinet: ſed magis gratiarũ actio. Hoc aũt ſcitote intelligentes ꝙ oĩs fornicator aut immũdus aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) nõ habet hereditatem in regno chriſti & dei. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis. Propter hæc eñ uenit ira in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis enim aliquãdo tenebræ: nunc aũte lux in dño: ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſticia & ueritate.

Feria ſecũda ſequẽti. IN diebꝰ illis. Naaman princeps. Ex libro regũ. iiij. capi. v. In quo ponit̃ miraculũ quo heliſeus mũdauit a lepra naaman ſyrum. Per illum dicunt hebręi quod hic fuit qui ſagitta fixit achab regẽ vnde ſyria liberata eſt. Dñs ſubaudi meꝰ. Ad dñm. ſ. ſyrię regẽ. Talẽta decẽ. in hebręo decem centipodia.

Feria .ii. Lectio libri Regum .iiii. Capi. v.

IN diebus illis. Naaman princeps militiæ regis ſyrie erat uir magnus coram domino ſuo & honoratus. Per illum enim dedit dñs ſalutem ſyriæ. Erat autẽ uir fortis & diues: ſed leproſus. Porro de ſyria egreſſi fuerant latrunculi: et captiuam duxerant de terra iſrael puellam paruulam: quæ erat in obſequio uxoris naamã. Quæ ait ad dominã ſuam. Vtinã fuiſſet dominus meus ad prophetam qui eſt in ſamaria: profecto curaſſet eum a lepra quam habet. Ingreſſus eſt itaqꝫ naaman ad dominum ſuum: et nunciauit ei dicens. Sic & ſic locuta eſt puella de terra iſrael. Dixitqꝫ ei rex ſyriæ. Vade & mittam litteras ad regem iſrael.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui cum profectus eſſet & tuliſſet ſecum decem talenta argenti: & ſex milia aureos: & decem mutatoria ueſtimentorum: detulit litteras ad regem iſrael in hæc uerba. Cum acceperis epiſtolam hanc ſcito ꝙ miſerim ad te naaman ſeruum meum: ut cures eum a lepra ſua. Cumq; legiſſet rex iſrael litteras: ſcidit ueſtimenta ſua et ait. Nunquid deus ſum ut occidere poſſim et uiuificare: quia iſte miſit ad me hominem: ut curem eum a lepra ſua? Animaduertite et uidete: quot occaſiões quærat aduerſum me.

Ut cures. id eſt curari facias a propheta qui pro te degit. Quot occaſiones. coniunctio eſt potius quam nomen numerale: hoc eſt per. d. litteram. Abana et pharphar videntur hi fluuij eſſe ſyriȩ damaſcȩ vnde naaman veniebat. Alia notiora ſunt quam vt egeãt expoſitione.

Quod cum audiſſet heliſeus uir dei: ſcidiſſe uidelicet regem iſrael ueſtimenta ſua miſit ad eum dicẽs. Cur ſcidiſti ueſtimenta tua? ueniat ad me: & ſciat prophetam eſſe in iſrael. Venit ergo naamam cum equis & curribus & ſtetit ad oſtium domus heliſei. Miſitq; ad eum heliſeus nuncios dicens. Vade et lauare ſepties in iordane: & recipiet ſanitatem caro tua atq; mundaberis. Iratuſq; naaman recedebat dicens. Putabam ꝙ egrederetur ad me: & ſtans inuocaret nomen domini dei ſui: et tangeret manu ſua locum lepræ. & curaret me. Nunquid non meliores ſunt abana & phaphar fluuii damaſci omnibus aquis iſrael: ut lauer in eis: & munder? Cum autem uertiſſet ſe et abiret indignans: acceſſerunt ad eum ſerui ſui et locuti ſunt ei. Pater: & ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta: certe facere debueras. Quantomagis quia nũc dixit tibi lauare & mũdaberis? Deſcẽdit & lauit in iordane ſepties iuxta ſermonẽ uiri dei & reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri paruuli: & mũdatus eſt a lepra. Reuerſuſq; ad uirum dei: cũ vniuerſo comitatu ſuo uenit & ſtetit corã eo & ait. Vere ſcio quia non eſt deus in uniuerſa terra: niſi tantum dñs deus iſrael.

Feria tertia Lectio Regum. iiii.

Capi. iiii.

IN diebus illis. Mulier quædam clamabat ad heliſeum prophetam dicens. Seruus tuus uir meus mortuus eſt, & tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor uenit: ut tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. Cui dixit heliſeus. Quid uis ut faciã tibi? Dic mihi quid habes in domo tua? At illa reſpondit. Non habeo ancilla tua

Feria tertia ſequẽti.

In dieb⁹ illis. Mulier quedam. Ex. iiii. Regũ libro. cap. iiii. Ponit miraculũ ab heliſeo factũ i viduȩ conſolatioñe quã dicit fuiſſe vnã de vxorib⁹ ꝓphetarũ. Creditor. qui pecunias crediderat viro meo dũ viueret. Ad ſeruiendum ſibi pro patris debito.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quicꝙ in domo mea niſi parum olei quo ungar.
Cui ait. Vade & pete mutuo ab omnib⁹ uicinis tuis
uaſa uacua non pauca: & ingredere et claude oſtiū.
Cum intrinſecus fueris tu et filii tui: mitte inde in
omnia uaſa hæc: et cum plena fuerint tolles. Iuit
itaqꝫ mulier et clauſit oſtium ſuper ſe et ſuper filios
ſuos. Illi offerebant uaſa et illa infundebat. Cumqꝫ
plena fuiſſent uaſa: dixit ad filium ſuum. Affer mi-
hi adhuc uas. Et ille reſpondit. Non habeo. Ste-
titqꝫ oleum. Venit autem illa: et indicauit homini
dei. Et ille. Vade inquit uende oleum et redde
creditori tuo. Tu autem et filii tui uiuite de reli-
quo.

Feria.iiii. Lectio Exodi.

Capi.xx.

Hec dicit dominus. Honora patrem tu-
um & matrem tuam ut ſis longæuus ſu-
per terram: quam dominus deus tuus
dabit tibi. Non occides: non mœchabe-
beris: non furtum facies: non loqueris contra pro
ximum tuum falſum teſtimonium. Non concu-
piſces rem proximi tui: nec deſiderabis uxorem
eius. Non ſeruum: non ancillam: non bouem: nō
aſinum: nec omnia quæ illius ſunt. Cunctus au-
tem populus audiebat uoces et lampades: & ſoni-
tum buccinæ: montemqꝫ fumantem. Et perterriti
ac pauore concuſſi: ſteterunt procul dicentes moy
ſi. Loquere tu nobis et audiemus. Non loquatur
nobis dominus ne forte moriamur. Et ait moy-
ſes ad populum. Nolite timere. Vt enim proba-
ret uos uenit deus: & ut terror eſſet in uobis et nō
peccaretis. Stetitqꝫ populus a longe. Moyſes au-
tem acceſſit ad caliginem: in qua erat deus. Dixitqꝫ
preterea dñs ad moyſen. Hæc dices filiis iſrael.
Vos uidiſtis quod de cœlo locutus ſum uobis. Nō fa

Quo vngar. apud anti
quos hic erat precipuus
olei vſus: quo ſe foueret.
Non pauca: ſed multa
et que ſufficiant ad diſſol-
uendū mariti debitum.
Inde. i. ex oleo quod ha-
bes. Oſtium ſuper ſe. i.
poſt ſe. Stetit. i. fluere
ceſſauit. Redde. qđ ma
ritus tu⁹ acceperat. De
reliquo. i. de eo qđ reſtat
a debiti diſſolutione.

Feria quarta ſequēti.

Hec dicit dñs. Hono
ra patrem tuum. Ex
exodo cap. xx. vbi poſtea
quā poſuit precepta ordi
nātia hoiem ad deū: hic
ponit ordinātia illum ad
proximū. et imprimis ad
parentes qui poſt deum
ſunt autores vite noſtre.
Nō occides. q: quod ti-
bi non vis alteri ne fece-
ris. Non mechaberis. i.
non cōmittes adulteriū.
Non furtum. quod qui
facit diſſoluit ſocietatem
vite. Falſum teſtimo-
nium. in damnum proxi
mi redundās. Vxorem
eius. q: vt dicit ſaluator
noſter: qui videt alterius
vxorē ad cōcupiſcendū iā
mechatus eſt eā in corde
ſuo. etc. Populus vide-
bat voces. pro audiebat.
Loquere tu. que dñs lo
cuturus eſt nobis. Noli
te timere. q: ꝓpterea nō
moriemini. vt nō peccare
tis. ob timorem domini.
De celo. i. de aere. qui
erat in mōtis cacumine.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deos alienos. idem preceptum ſepe repetit: vt magis illud memorie inculcando affigas. Altare de terra. quia gentiles de lapidibus faciebant. Pacifica veſtra. i. ſacrificia ad placandũ deũ. In omni loco. i. altari mihi dicato.

cietis deos argenteos: nec deos aureos facietis uobis. Altare de terra facietis mihi: & offeretis ſup eũ holocauſta & pacifica ueſtra. Oues ueſtras: & boues in om̃i loco in quo memoria fuerit nominis mei.

Feria. v. Ieremie. Capi. vii.

IN diebus illis. Factum eſt uerbum domini ad me dicẽs. Sta in porta domus dñi: & prædica ibi uerbum iſtud: & dic. Audite uerbũ domini omnis iuda qui ingredimini per portas has: ut adoretis dñm. Hæc dicit dñs exercituum deus iſrael. Bonas facite uias ueſtras & ſtudia ueſtra: & habitabo uobiſcũ in loco iſto. Nolite cõfidere in uerbis mendacii dicentes. Templum domini: templũ dñi eſt. Quoniam ſi benedixeritis uias ueſtras & ſtudia ueſtra: ſi feceritis iudicium inter uirum & proximũ eius: aduenæ & pupillo et uiduæ non feceritis calũniam: ſanguinem innocentem nõ effuderitis in loco hoc: & poſt deos alienos non ambulaueritis in malum uobiſmetipſis: habitabo uobiſcum in loco iſto: in terra quam dedi patribus ueſtris: a ſæculo & uſq; in ſæculum. Ait dñs omnipotens.

Feria. vi. Numeri. Capi. xx.

IN diebus illis. Cõuenerũt filii iſrael aduerſus moyſen & aarõ & uerſi in ſeditionẽ dixerũt. Da nobis aquam ut bibamus. Ingreſſuſq; moyſes & aarõ dimiſſa multitudine ante tabernaculũ fœderis: corruerũt ꝓni in terrã clamaueruntq; ad dñm: & dixerũt. Dñe deꝰ audi clamorẽ populi huius: & aperi eis theſaurũ tuum fontẽ aquæ uiuæ: ut ſatiatis ceſſet murmurario eorũ. Et apparuit gloria dñi ſuper eos. Locutuſq; eſt dominus ad moyſen dicẽs.

Feria quinta ſequenti.

FActum eſt verbum domini. Ex Jeremia cap. vij. in quo poſtea quam propheta excluſit quedã remedia in quibus iudei confidebant: hic facit idem ex eo quod de ſuo templo fiduciam habebant. Sta in porta. vbi eſt maximus populi conuentus. Uias veſtras. i. opera veſtra.

Habitabo vobiſcum. exaudiendo vos ⁊ faciendo que precamini quod ſi non feceritis deſeram templum veſtrũ. et quid ſint facturi oſtendit. Si benedixertiis. i. benedictione dignas feceritis. cetera manifeſta ſunt.

In loco iſto. qui eſt in terra quã patribus veſtris promiſi.

Feria ſexta ſequenti.

IN diebus illis. Conuenerunt filij iſrael. Ex libro numerorũ capi. xx. Miraculum deſcribitur quod factum eſt in aque penuria. dicit igitur quod cum hebreorũ multitudo eſſet in deſerto ſin: defeciſſetq; aqua: conuenerunt ⁊c. Inter fratres. i. cum illis qui perierũt cum core. Seri non poteſt. i. non recipit culturã. Apparuit gloria dñi. i. nubes ex qua dominus loqui ſolebat.

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

Tolle virgam. ſcilꝫ aaron que erat in tabernaculo teſtimonij. Num de petra hac.q.d. tamet ſi videtur impoſſibile: nihilominus dei potentia hoc fiet. Bis. quia primo ictu non erup erint aque forte ex eo quod moyſes dubitauit. vt ſanctificaretis me firmiter meis promiſſis credendo: ſed contrarium feciſtis. Quam dabo eis. i. daturus eram: aut dabo illorū poſteritati. Sanctificatus eſt in eis. i. in moyſe ⁊ aaron puniendo eos quia peccauerūt dubitando quia ſolo verbo potuerunt elicere ex petra.

Tolle uirgam & congrega populū tu & aaron frater tuus: & loquimini ad petrā coram eis. Et illa dabit aquas. Cūq; eduxeris aquam de petra bibet omnis multitudo & iumenta eius. Tulit igitur moyſes uirgā quæ erat in cōſpectu dñi: ſicut preceperat ei congregata multitudine ante petram: dixitq; eis. Audite rebelles increduli. Num de petra hac uobis aquam poterimus elicere? Cunq; eleuaſſet moyſes manum: percutiens uirga bis ſilicem egreſſæ ſunt aquæ largiſſime: ita ut popul⁹ biberet & iumēta. Dixit dñs ad moyſen & aaron. Quia nō credidiſtis mihi ut ſanctificaretis me corā filiis iſrael: nō introducetis hos populos in terrā quā dabo eis. Hæc eſt aqua contradictionis: ubi iurgati ſunt filii iſrael contra dominum: & ſanctificatus eſt in eis.

Sabbato ſequenti.

In diebus illis. Erat vir habitans. Ex daniele propheta cap. xiij. in quo ponitur hiſtoria ſuſanne ſumpta ex Theodotione: cum nuſquā alibi legeretur: de quo multa Hieronymus in prologo danielis. In babylone. videtur hoc fuiſſe tēpore captiuitatis: in qua etiam hebrei poterāt habere ſuos iudices. Pomarium. ideſt hortus pomis conſitus. non pomerium: vt in quibuſdā codicibus legitur: quod ſignificat vrbis ſpacium inter muros publicos et priuatas domos. De quibus locutus eſt domin⁹ Jeremie cap. xxix. ponat te inquit dominus ſicut ſedechiā ⁊ achab: quos frixit rex babylonis in igne: pro eo quod fecerunt ſtulticiam in iſrael ⁊ mechati ſunt in vxores amicoꝝ ſuoꝝ. neq; obſtat qḋ dicit hiſtoria illos lapidatos: q: potuit vtrūq; fieri prius lapidari dein de frigi atq; igni comburi. Populus reuertiſſet ſ. a litibus ⁊ foro vbi iudices reddebant iura.

Sabbato. Danielis prophetæ. Capi. xiii.

IN diebus illis. Erat uir habitās in babylone & nomē eius ioachim. Et accepit uxorē nomine ſuſannā filiā elchiæ: pulchrā nimis: & timentem deū. Parētes em̄ illius cū eſſent iuſti erudierūt filiā ſuā ſecūdū legē moyſi. Erat aūt ioachim diues ualde. Et erat ei pomarium uicinum domus ſuæ: & ad ipſum confluebant iudæi: eo ꝙ eſſet honorabilior omniū. Et cōſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo de quibus locutus eſt dñs. Quia egreſſa eſt iniquitas de babylone a ſenioribus iudicib⁹: qui uidebātur regere populū. Iſti frequētabāt domum ioachim: & ueniebāt ad eos oēs qui habebant iudicia. Cū autē populus reuertiſſet per meridiē: ingrediebatur ſuſanna: & deambulabat in pomario uiri ſui.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et uidebāt eam ſenes cotidie ingredientē & deambulantē: & exarſerūt in cōcupiſcentiā eius. Et auerterūt ſenſum ſuū: & declinauerūt oculos ſuos: ut nō uiderēt cœlū: neq̧ recordarētur iudiciorū iuſtorū. Factū eſt autē cum obſeruarēt diem aptū: quando eā poſſent inuenire ſolā: ingreſſa eſt aliquādo ſicut heri & nudiuſtertius cum duabus ſolis puellis: uoluitq̧ lauari in pomario. Eſtus quippe erat & non erat ibi quiſpiā præter duos ſenes abſcōditos: & cōtēplantes eā. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleū & ſmegmata: & oſtia pomarii claudite: ut lauer. Cū autē egreſſæ eſſent puellæ: ſurrexerūt duo ſenes: & occurrerūt ad illam: & dixerunt. Ecce oſtia pomarii clauſa ſunt: & nemo nos uidet: & in concupiſcētia tui ſumus. Quāobrē aſſentire nobis: & cōmiſcere nobiſcū. Quod ſi nolueris: dicemus cōtra te teſtimoniū ꝙ fuerit tecū iuuenis: & ob hanc cauſam emiſiſti puellas a te. Ingemuit ſuſanna & ait. Anguſtiæ mihi ſunt undiq̧. Si em̄ egero hoc: mors mihi eſt. Si autē nō egero: nō effugiā manus ueſtras. Sed melius eſt mihi abſq̧ opere incidere in manus ueſtras: ꝙ̄ peccare in cōſpectu dn̄i. Exclamauit uoce magna ſuſanna: exclamauerunt aūt & ſenes aduerſus eā. Cū autē audiſſent clamorē in pomario famuli domus: irruerūt per poſticum: ut uiderent quid nā eſſet. Poſtq̄ autē ſenes locuti ſunt: erubuerūt ſerui uehementer: quia nunq̄ dictus fuerat ſermo huiuſmodi de Suſanna. Et facta eſt dies craſtina. Et cū ueniſſet populus ad uirū ei⁹ Ioachim: uenerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannā: ut interficerent eam. Et dixerūt coram populo. Mittite ad Suſannam filiam Elchiæ: uxorem Ioachim. Et ſtatim miſerunt: & uenit cum parentibus & filiis & uniuerſis cognatis ſuis. Flebaut igitur ſui: & omnes qui nouerant eam. Conſurgentes autem duo presbyteri in medio populi: poſuerunt manus ſuper caput eius.

Videbāt eam. quia frequētabāt domū ioachim. Auerterunt ſenſum. i. a recta ratione deflexerūt. Viderent celū. i. deū in celo habitantē. Dolorē i. affectum amoris. Eamus domū. hoc dicebāt qꝛ vterq̧ ſolus volebat ſuſannā interpellare: qđ cū fruſtra ſepe feciſſent: tandē alter alteri faſſus eſt amorē ſuū. Sicut heri. ꝓ pridie ⁊ nudius tertius. i. die precedente diē pridianū. Smegmata. ſaponē ⁊ alia que ad mulieбres mundicias apta ſunt. Nā ſmecho eſt purgo ⁊ inde ſmegmata purgatoria. Per poſticū. i. pomarij oſtiū ſecretius. Emiſeris puellas. ne eſſent teſtes adulterij. Mors mihi eſt. ſ. parata ex lege moyſi. Abſq̧ opere. i. ſine pctō. Senes locuti ſunt. mētiētes quod nō viderāt. Dies craſtina. i. poſtera eius diei quo hec acta erant. Mittite ad ſuſannā. ſ. vt veniat in iudicium. Duo preſbyteri. ideſt ſeniores illi iudices. Manus ſuper caput. hoc faciebant teſtes: quorum teſtimonio quiſpiā erat condemnandus. vt habetur ex Leuitico. xxiiij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte
BIBLIOTECA PUBLICA DE

Cũ deambularemus. hec eſt forma teſtimonũ falſi q̃ ſatis liquet. Deꝰ æterne. cõſciẽtiã tuã teſtatur ſuſanna. A ſanguine huius. q2 innocẽs eſt. Senes dixerũt ei. ſ. aliĳ qui & ipſi iudices erãt: ſiue duorũ illorũ iudicum aſſeſſores. Honorẽ ſenectuti. q2 cani hominis ſapiẽtia illiꝰ. Inueterate dierũ malorũ. i. in malis operibꝰ conſumptorum. Pctã tua. i. pctõꝝ tuoꝝ pena. Dicente dño. hoc ſcriptũ eſt in Deuteronomio cap. xxvĳ. Sub cyno. mendum eſt ꝓ eo q8 eſſe debuit ſub ſchino. i. ſub lẽtiſco. Scindet te. q2 dixit ſub ſchino: ſubiũxit alludens ad ſchini nomẽ ſchiſe. i. ſcindet te &c. Semẽ canaã. q2 & ſi de tribu eſſet iuda degenerabat ĩ cananeos. Species. pulchritudo puellę.

Quæ flẽs ſuſpexit in cœlũ. Erat aũt cor eiꝰ fiduciã habẽs in dño. Et dixerũt preſbyteri: Cũ deambularemus in pomario ſoli: ingreſſa eſt hæc cũ duabꝰ ſolis puellis: & clauſit oſtiũ pomarii: & dimiſit a ſe puellas. Venitq; adoleſcẽs qui erat abſcõditus: & cõcubuit cũ ea. Porro nos cum eſſemus in angulo pomarii: uidẽtes iniquitatẽ cucurrimus ad eos: & uidimus eos pariter cõmiſceri. Et illũ quidẽ nequiuimꝰ comprehendere: quia fortior nobis erat. Et aperto oſtio: exiliuit. Hãc aũt cũ apprehẽdiſſemus: interrogauimus quis nã eſſet adoleſcẽs: & noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus. Credidit eis multitudo quaſi ſenibꝰ & iudicibꝰ populi: & cõdẽnauerunt eã ad mortem. Exclamauit uoce magna ſuſanna: & dixit. Deus æterne qui abſcõditorũ es cognitor: qui noſti oĩa anteq̃ fiant: tu ſcis quoniã falſum cõtra me tulerũt teſtimoniũ. Et ecce morior: cũ nihil horũ fecerim: quæ iſti malicioſe cõpoſuerũt aduerſum me. Et exaudiuit dñs uocẽ eius. Cũq; duceretur ad mortẽ: ſuſcitauit dñs ſpiritum pueri iunioris: cui nomen daniel. Et exclamauit uoce magna. Mundus ego ſum a ſanguine huius. Et conuerſus oĩs populus ad eũ dixit. Quis eſt iſte ſermo: quẽ tu locutꝰ es? Qui cũ ſtaret in medio eorũ: dixit. Sic fatui filii iſrael nõ iudicãtes: neq; quod uerũ eſt cognoſcẽtes: cõdẽnaſtis filiã iſrael? Reuertimini ad iudicium: quia falſum teſtimoniũ locuti ſunt aduerſus eã. Reuerſus ergo populꝰ cũ feſtinatione: & dixit ad eos daniel. Separate eos ab inuicẽ procul: & diiudicabo eos. Cũ ergo diuiſi eſſent alter ab altero uocauit unũ de eis: & dixit ad eũ. Inueterate dierũ malorũ: nũc inuenerũt te pctã tua quæ operabaris priꝰ iudicãs iudicia iniuſta. Innocẽtes opprimẽs: & dimittens noxios: dicẽte dño. Innocentẽ & iuſtũ nõ interficies. Nũc ergo ſi uidiſti eos: dic ſub qua arbore uideris eos pariter colloquẽtes ſibi. Qui ait. Sub ſchino. Dixit aũt ei daniel. Recte mẽtitus es in caput tuũ. Ecce em̃ angelus dñi accepta ſententia ab eo: ſcindet te mediũ. Et amoto eo iuſſit ueuire aliũ & dixit ei. Semẽ canaan & nõ iuda: ſpecies decepit te: & cõcupiſcẽtia ſubuertit cor tuũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Loquebantur vobis aſſentiētes. Filia iuda. ſuſanna quę nobilis & generoſa erat. Sub prino. i. ſub ilicę. Secet te. quia dixerat ſub prino alludēs ad nomē ſubiūxit. Priſe. i. ſecabit te mediū. de quibus vide Hieronymū in proemio danielis pluribus hunc locū exponētem. Cetera patent.

Dominica quarta in quadrageſima.

Fratres. Scriptū eſt qm̄ abraā. Ex epiſtola Pauli ad Galatas cap. iiij. In quo poſteaq̄ ꝑ rōnes egerat de ceſſatione legis moſaicę: illō idē ꝑ ſimilitudines oſtēdit & prīo de filio herede ſub tutorib⁹ relicto. nūc de libero & ſeruo. Scriptū ē Gen. xxvi. d̄ iſmaele. xxi. d̄ iſaac. De āncilla. ſ. agar. De libera. i. ſara. Secūdum carnē. i. naturali mō. vnde hmōi naturales filij dicunt̄. Per repromiſſionē. ſ. factam; a deo hoc eſt ſpūali quodā mō. Per allegoriā. i. ꝑ ſimilitudinē. nā ait Hieronymus allegoria aliud p̄tēdit in v̄bis: aliud ſignificati ſenſu. Duo teſtamēta nouū & vet⁹. In mōte ſina. vbi data ē lex vet⁹ ꝑ moyſen. Cōiūctus eſt ei. in greco habet̄ q̄ vergit ī ieruſalē. alioqui ſina longe a ieruſalē diſtat. Seruit. i. degit in ſeruitute legis. Illa ieruſalē. i. eccleſia q̄ ꝑ ſarā deſignat̄: ſicut per agar ſynagoga. Letare ſteril'. eſaię. liiij. & fuit ſara ſterilis q̄ꝫ vnicum in ſenectute genuit. Agar aūt plures. nā poſt ſarę obitū illā abraā ſuperinduxit vxorē mutato nomine i cethurā & ex ea cō plures genuit. Multi filij deſertę. i. eccl'ia q̄ ī initio paucos habuit: ſꝫ deinceps plures genuit ī xp̄o.

Sic faciebatis filiabus iſrael: & illæ timentes loquebantur uobis. Sed non filia iuda ſuſtinuit iniquitatem ueſtram. Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore comprehenderis eos colloquentes ſibi. Qui ait. Sub prino. Dixit autem ei daniel. Recte mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus domini gladium habens: ut ſeccet te medium: & interficiat uos. Exclamauit itaq; omnis cœtus uoce magna: & benedixerunt deum qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus duos presbyteros. Conuicerat autem eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium. Feceruntq; eis ſicuti male egerant aduerſus proximam: & interfecerunt eos. Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa.

Dominica. iiii. Ad Galathas. Capi. iiii.

Fratres. Scriptum eſt enim quoniam abraam duos filios habuit: unum de ancilla: & unum de libera. Sed qui de ancilla ſecundum carnē natus eſt: qui autem de libera: per repromiſſionem: quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem in monte ſinai in ſeruitutem generans: quæ eſt agar. Sina enim mōs eſt in arabia: qui coniunctus eſt ei: quæ nunc eſt in ieruſalem: & ſeruit cum filiis ſuis. Illa autem quæ ſurſum eſt ieruſalem: libera eſt: quæ eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim. Letare ſterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quia multi filii deſertæ: magis quam eius quæ habet uirum. Nos autem fratres ſecundū iſaac promiſſionis filii ſumus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sed quomodo tunc is qui ſecũdum carnem natus fuerat perſequebatur eum qui ſecũdum ſpiritũ: ita & nũc. Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillã & filiũ eius: non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaq; fratres: non ſumus ancillæ filii: ſed liberæ. Qua libertate chriſtus nos liberauit.

Feria ſecũda ſequẽti.

In diebus illis. Venerũt due mulieres. Ex .iiij. Regum cap. iij. in quo habetur quo pacto ſalomon deo permittente vt optaret quidquid velit: poſthabitis omnibus aliis elegit ſapientiam. & in experimẽtũ doni a deo accepti ponit iudiciũ primum quod fecit de duabus mulierculis diſceptãtibus ſe iudice. Lectio expoſitione nõ eget. Nocte intẽpeſta et noctis ſilentiũ dicitur media nox: quo tẽpore omnia ſilent: & tẽpus nõ eſt quidpiam adminiſtrandi. Commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo. Hec omnia per parentheſim dicta ſunt.

Feria .ii. Lectio Regum .iii. Capi. iii.

IN diebus illis. Venerunt duæ mulieres meretrices ad regem ſalomonẽ: ſteterũtq; coram eo. Quarum una ait. Obſecro domine mi: ego & mulier hæc habitabamus in domo una: & peperi apud eam in cubiculo. Tertia uero die poſtq; ego peperi: peperit & hæc. Et eramus ſimul: nulluſq; alius in domo nobiſcum: exceptis nobis duabus. Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppreſſit eum. Et conſurgens in tẽpeſte noctis ſilentio: tulit filium meũ de latere meo ancillæ tuæ dormiẽtis & collocauit in ſinu ſuo: ſuũ autem filium qui erat mortuus poſuit in ſinu meo. Cũq; ſurrexiſſem mane: ut darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quẽ diligentius intuens clara luce deprehendi non eſſe meum quem genueram. Reſponditq; altera mulier. Non eſt ita: ſed filius tuus mortuus eſt: meus autem uiuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris. Filius quippe meus uiuit: & filius tuus mortuus eſt. Atq; in hunc modum contẽdebant corã rege. Tunc rex ait. Hæc dicit filius meus uiuit: & filius tuus mortuus eſt. Et iſta reſpondit non: ſed filius tuus mortuus eſt: & meus uiuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium. Cũq; attuliſſent gladiũ corã rege. ait. Diuidite inquit infantem uiuum in duas partes: & date dimidiam partem uni: & dimidiam partem alteri. Dixit autẽ mulier cuius filius erat uiuus ad regem. Cõmota ſunt quippe uiſcera eius ſuper filio ſuo. Obſecro domine: date illi infantem uiuum & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi: ſed diuidatur. Reſpondit rex & ait. Date huic infantem uiuũ & nolite occidere eum. Hæc eſt enim mater eius. Audiuit itaq; omnis iſrael iudicium quod iudicaſſet rex: & timuerunt regem uidentes ſapientiam dei: eſſe in eo ad faciendum iudicium.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Feria tertia ſequenti.

LOcutus eſt dn̄s ad moyſen dicens. Deſcende de monte. Ex exodo cap. xxxij. vbi poſtea quam populus abſente moyſe conflauit vitulum illumq; colere inſtituiſſet: hic oſtēdit quid deus moyſi faciendū precipit: ſed tandem illius precibus eſt placatus.

Feria .iii. Exodi. Capi. xxxii.

IN diebꝰ illis. Locutꝰ eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Deſcēde de mōte quia peccauit populus tuus: quē eduxiſti de terra ægypti. Receſſerūt cito de uia quā oſtendiſti eis: fecerūtq; ſibi uitulū conflatilē: & adorauerūt atq; immolātes ei hoſtias, dixerūt. Iſti ſunt dii tui iſrael: qui te eduxerūt de terra ægypti. Rurſumq; ait dn̄s ad moyſen. Cerno ꝙ populus iſte duræ ceruicis ſit. dimitte me ut iraſcatur furor meus contra eum: deleam eos: faciāq; te in gentem magnā. Moyſes aūt orabat dn̄m deū ſuum dicens. Cur dn̄e iraſcitur furor tuus cōtra populum tuum quē eduxiſti de terra ægypti: in fortitudine magna & in manu robuſta. Ne quæſo dicāt ægyptii: callide eduxit eos ut interficeret in montibus: & deleret ex terra. Quieſcat ira tua: & eſto placabilis ſup nequitia po[illegible] tui. Recordare abraā & iſaac & iſrael ſeruorū tuorū: quibus iuraſti per temetipſum dicens. Multiplicabo ſemē ueſtrū ſicut ſtellas cœli: & uniuerſam terrā hanc de qua locutus ſum dabo ſemini ueſtro: & poſſidebitis eā ſemp. Placatuſq; eſt dn̄s: ne faceret malū quod locutus fuerat aduerſum populum ſuū & miſertus eſt populo dn̄s deꝰ noſter.

Feria .iiii. Ezechielis. Capi. xxxvi.

HEc dicit dn̄s deus. Sanctificabo nomen meū magnū: ut ſciant gentes quia ego dn̄s cū ſanctificatus fuero in uobis corā eis. Tollā quippe uos de gentibus: & congregabo uos de uniuerſis terris: & adducā uos in terrā ueſtrā. Et effundā ſuper uos aquam mundā: & mūdabimini ab oībus inquinamētis ueſtris: & ab uniuerſis idolis ueſtris mūdabo

Populus tuus. q. d. iam per idolatriam non meus. Conflatilē. ex conflatione fornacis fuſum & formatum. Duræ ceruicis. ceruicoſus et durus atq; indocilis.

Dimitte me. ideſt non interponas preces in hoc quod volo exequi. In gentem magnam. ideſt principem gētis magnę.

Ne dicāt ęgyptij. quia ſi quod minaris facis: dicent ęgyptij &c. quod locutus fuerat. ſ. moyſi cū interminabatur illi hebreorum perniciem.

Feria quarta ſequēti.

HEc dicit dominus deus. Sanctificabo nomen. Ex ezechiele capi. xxxvi. in quo poſtea quam minatus eſt popu[lo] iſraelitico aduerſa: in eorum conſolationem predicit illis ꝓſpera. Sanctificabo nomen meum. ideſt ſanctum oſtendam liberando vos ex ſeruitute. Pollutum eſt. per idolatriam miſcēdo vos ritibus gentiū inter quas verſati eſtis. De gentibus inter quas eſtis diffuſi. Terram veſtram. ſ. promiſſionis. Mūdamini. ab effectu quia luſtrat peccatū originale.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cor nouum ⁊ ſpiritum. quia lex euangelica tota eſt ſpiritualis: cum moſaica ſit carnalis. Cetera ſatis patent: neq; indigent expoſitione.

HEc dicit dominus. Lauamini ⁊ mūdi eſtote. Ex eſaia cap. pri. In quo poſtea quā interminatus eſt peccatorum punitionem. hic ponit remedium quo ſit interim vtendum. Lauamini. ſ. a peccatorū maculis. Et mūdi eſtote. cauendo a futuro: ne recidatis in priſtinos errores. Cogitationū. i. interioꝝ ⁊ occultoꝝ criminū. Quieſcite. i. ceſſate. ſed qꝛ nō eſt ſatis abſtinere a malo ſed bonum etiā facere ſubiūgit benefacere. Venite et arguite me. i. ſi nō retulero vobis pręmia p̄ veſtris bonis operib⁹. Sicut coccinū. i. rubra vt eſt coccinus color. eſt autem coccū qđ hiſpani vocant grana: quę colligūtur ex quiſquilia frutice noto. Vermiculus. opinor interpres per vermiculum ipſum coccū intelligere: qđ in vermiculos reſoluitur tādē ſi nō vtribus cōtineatur. Si volueritis ſ. pręceptis meis obtēperare. Bona terrę comedetis. i. ſpiritualibus bonis ditabimini.

Feria quinta ſequēti.

IN diebus illis. Venit mulier. Ex quarto Regum libro cap. iiij. in quo poſtea quam mulier ſunamitis concepit heliſeo predicante et peperit filium: quem adultum deinde amiſit: hic ponit quo pacto eſt ab eodem propheta reſtitutus vitę. Mulier ſunamitis. ex ſunan vrbe paleſtinę iudea. In montem carmeli: quē heliſeus frequētabat. Reſpondit recte. diſſimulauit forte dolorem: ne prohiberetur accedere. Amoueret. a pedibus prophete. Celauit a me. quia propheta non vident: niſi quę a ſpiritu ſancto reuelantur illis.

uos. Et dabo uobis cor nouū: & ſpiritū nouū ponā in medio ueſtri. Et auferā cor lapideū de carne ueſtra: & dabo uobis cor carneū: & ſpiritū meū ponā in medio ueſtri. Et faciā ut in p̄ceptis meis ambuletis: & iudicia mea cuſtodiatis & operemini. Et habitabitis in terra quā dedi patribus ueſtris & eritis mihi in populū: & ego ero uobis in deū. Dicit dn̄s omp̄s.

Lectio Eſaiæ prophetæ. Capi. i.

HEc dicit dn̄s deus. Lauamini mūdi eſtote. auferte malū cogitationū ueſtrarum ab oculis meis: Quieſcite agere peruerſe: diſcite benefacere. Quærite iudiciū: ſubuenite oppreſſo: iudicate pupillo: defendite uiduā & uenite arguite me. dicit dominus. Si fuerint peccata ueſtra ut coccinum: quaſi nix dealbabūtur. Et ſi fuerint rubra quaſi uermiculus: uelut lana alba erunt. Si uolueritis & audiretis me: bona terræ comedetis. Dicit dn̄s omnipotens.

Feria. v. Lectio Regum. iiii. Capi. iiii.

IN dieb⁹ illis. Venit mulier ſunamitis ad heliſeū prophetā in montē carmeli. Cūq; uidiſſet eā uir dei decōtra: ait ad giezi puerū ſuū. Ecce ſunamitis illa uenit. Vade in occurſum eius: & dic ei. Recte ne agitur circa te: & circa uirū tuū: & circa filium tuū. Quæ dixit. Recte. Cūq; ueniſſet ad uirū dei in montē apprehēdit pedes ei⁹. Et acceſſit giezi: ut amoueret eā. Et ait homo dei. Dimitte illā: aīa ei⁹ in amaritudine eſt & dn̄s celauit a me: & nō in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicauit mihi. Quæ dixit illi. Nunquid petiui filiũ a dño meo. Nũquid nõ dixi tibi. ne illudas me. At ille ait ad giezi. Accinge lũbos tuos: & tolle baculum meũ in manu mea: & uade. Si occurrerit tibi homo nõ ſalutes eũ. Et ſi ſalutauerit te quiſpiam nõ reſpõdeas ei. Et pones baculum meum ſuper faciem pueri. Porro mater pueri ait. Viuit domin⁹ & uiuit anima mea: nõ dimittã te. Surrexit ergo: & ſecutus eſt eum. Giezi autẽ preceſſerat eos: & poſuerat baculũ ſuper faciem pueri: & non erat ei uox neq; ſenſus. Reuerſuſq; eſt giezi in occurſum eius: & nunciauit ei dicẽs. Non ſurrexit puer. Ingreſſus ego heliſeus domũ: & ecce puer mortuus iacebat in lectulo ei⁹. Ingreſſuſq; clauſit oſtium ſuper ſe & ſuper puerũ: & orauit ad dominum. Et aſcendit & incubuit ſup puerum. Poſuitq; os ſuum ſuper os pueri: & oculos ſuos ſuper oculos eius: & manus ſuas ſuper manus eius: & incuruauit ſe ſuper eum: & calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus deambulauit in domo ſemel huc & illuc. Et aſcẽdit: & incubuit ſe ſuper eum: & oſcitauit puer ſepties: & aperuit oculos. Et ille uocauit giezi: & dixit ei. Voca ſunamitem hanc. Quæ uocata: ingreſſa eſt ad eũ. Qui ait. Tolle filiũ tuũ. Venit illa & corruit ad pedes ei⁹: & adorauit ſuper terram. Tulitq; filium ſuũ & egreſſa eſt. Heliſeus uero reuerſus eſt in galgala.

Feria. vi. Lectio libri Regum. iii. Cap. xvii.

IN diebus illis. Egrotauit fili⁹ mulieris matris familias: & erat lãgor fortiſſim⁹: ita ut nõ remaneret in eo halit⁹. Dixit ergo ad heliã. Quid mihi & tibi uir dei. Ingreſſus es ad me: ut rememorarẽtur iniqtates meę. & interficeres filiũ meũ. Et ait ad eam helias. Da mihi filium tuum. Tulitq; eum de ſinu illius: & portauit in cœnaculũ ubi ipſe manebat: & poſuit ſuper lectum ſuum. & clamauit

Petiui filiũ. q. d. tu ſpõte obtuliſti: et impetraſti igitur et ſuſcitare potes amiſſum. Viuit dominus. modus iurandi frequẽs in ſcriptura. i. per vitam: ⁊ tuam. Super ſe ⁊ ſuper puerũ. i. poſt ſe ⁊ puerũ ſic quoq; ſupra expoſuimus. Reuerſus eſt in galgala. locus q̃q; ab heliſeo frequentatus quemadmodũ et carmelus: diſtatq; a ierícho duobus paſſuũ millibus cecidítq; in ſortem trib⁹ iuda.

Feria ſexta ſequenti.

IN dieb⁹ illis. Egrotauit fili⁹. Ex tertio Regum cap. xvij. in quo poſtea quam poſuit miraculum illud de quo ſupra dictum eſt quo pacto diuertit ad mulierem viduam ſareptanã pauitq; illam filiumq; illius et ipſe mirabiliter ab ea paſtus eſt ex vno pugillo farinę: nũc ponit quemadmodum mortuus puer eſt ab eodem propheta ſuſcitatus. Mulieris. ſ. ſareptanę. Halitus. i. ſpiritus: quo extincto ſequatur mors neceſſe eſt. Quid mihi ⁊ tibi. ideſt quid negotij erat tibi in domo mea. Iniquitates meę. quaſi ex ingreſſu illius in domum deus viderit mulieris peccata: quę alias non vidiſſet? In cęnaculum partem domus ſuperiorem.

ad dominū & dixit. Domine deus meus etiā nc ui-
duam apud quā ego utcun꜍ ſuſtentor afflixiſti: ut
interficeres filium eius. Et expandit ſe atq꜍ menſus
eſt ſuper puerum tribus uicibus clamauit ad dn̄m:
& ait. Dn̄e deus me⁊ reuertatur obſecro anima pue
ri huius in uiſcera eius. Et exaudiuit dn̄s uocem he
lie: & reuerſa eſt anima pueri intra eum & reuixit.
Tulitq꜍ helias puerum: & depoſuit eum de cœnacu
lo in inferiorem domū: & tradidit illum matri ſuæ.
Et ait illi. En uiuit filius tuus. Dixit mulier ad he-
liam. Nunc in iſto cognoui: quoniam uir dei es tu:
& uerbum dn̄i in ore tuo uerum eſt.

## Lectio Eſaiæ prophetæ. Capi. xlix.

HEc dicit dominus. In tempore placito exau-
diui te: & in die ſalutis auxiliatus ſum tui.
Et ſeruaui & dedi te in fœdus populi: ut ſuſcitares
terram: & poſſideres hereditates iacob diſſipatas.
Vt diceres his qui uincti ſunt exite: & his qui in te-
nebris ſunt reuelamini. Super uias paſcentur: & in
omnibus planis erunt paſcua eorum. Non eſuriēt
neq꜍ ſitient amplius: & non percutiet eos æſtus &
ſol: quia miſerator eorum reget illos. & ad fontes
aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes
meos in uiam: & ſemite mee exaltabūtur. Ecce iſti
de longe uenient: & ecce illi ab aquilone & mari: &
iſti de terra auſtrali. Laudate cœli & exultet terra:
iubilate montes laudem: quia conſolatus eſt domi-
nus populum ſuum. & pauperum ſuorum miſere-
bitur. Et dixit ſion. Dereliquit me dominus: & do-
minus oblitus eſt mei. Nūquid obliuiſci poteſt mu-
lier infantem ſuum: ut nō miſereatur filio uteri ſui.
Et ſi illa oblita fuerit: ego tamen nō obliuiſcar tui.
Dicit dominus omnipotens.

## Lectio Eſaiæ prophetæ. Capi. lv.

Expādit ſe. i. explicauit
ſe. Mēſus eſt. a metior
iris. ſic Vergili⁹ Heſpe-
riam metire iacēs. Infe
riorem domum. q᷑ vt dixi
mus cęnaculum pars eſt
ſuperior. Nunc cogno-
ui. i. experimēto didici.

HEc dicit dominus.
tempore placito. Ex
eſaia propheta cap. xlix.
qđ etiā ſecūdum hebręos
de meſſia eſt exponēdum
hoc eſt de chriſto vēturo.
In tēpore placito. ideſt
legis gratię. Exaudiui
te. vox patris eſt ad filiū.
In die ſalutis. i. paſſio-
nis tuę quę fuit omnium
ſalus. Auxiliatus ſum.
dā. do cōſtātiam patiēdi.
In fędus populi. vt p
te deo fęderaret̄ recōcilia
returq꜍. Terram. i. terrę
habitatores. Qui vin-
cti ſunt. i. pctis implicīti.
Reuelami. in veritatis
cognitiōe. Paſcent̄. lo
ca paſtionis cōmemorat.
Nō eſuriēt. in trāſlatiōe
paſtionis perſtat. Mō-
tes meos. p euāgeliŷ prę-
dicationē nihil erit in vi-
um. Semitę meę. hoc ē
pcepta. De lōge veniēt
ſ. ad fidē p prędicationē.
Et mari. qđ eſt occaſu iu
dee. Laudate cęli. gratia
rū actio eſt ꝑ tāto benefi
cio. Et dixit ſion. i. illi q̄
fuerāt habitatores ſion.
ducti ī captiuitatē. Illa
mulier q̄ peperit. Ego
non obliuiſcar. ſ. populi
mei.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

HEc dicit dn̄s. Omnes ſitientes. Ex eſaia propheta cap. lv. quod ad chriſti prędicationē diſcipulorūq; per mūdum diſperſionem gentiumq; vocationem pertinet. Uenite ad aquas. ſalientes. ſ. in vitā ęternā. Nō habetis argentum. quia bona ſpiritualia nō emūtur.

HEc dicit dn̄s. Oēs ſitientes uenite ad aquas: & qui non habetis argentū properate: emite: & comedite. Venite emite abſq; argēto: & abſq; ulla cōmutatione uinum & lac. Quare appēditis argentum non in panibus: & laborem ueſtrum nō in ſaturitate? Audite audiētes me & comedite bonū: & delectabitur in craſſitudine anima ueſtra. Inclinate aurē ueſtrā & uenite ad me: audite: & uiuet anima ueſtra. Et feriam uobiſcū pactū ſempiternū: miſericordias dauid fidelis. Ecce teſtē populis dedi eum: ducē ac præceptorē gētibus. Ecce gentē (quā neſciebas) uocabis. & gētes (quæ nō cognouerunt te) ad te currēt: ꝑpter dn̄m deū tuū & ſanctum iſrael: quia glorificauit te. Quærite dominū dum inueniri poteſt: inuocate eum dum prope eſt. Derelinquat impius uiam ſuam. & uir iniquus cogitationes ſuas: & reuertatur ad dn̄m & miſerebitur eius: & ad deum noſtrū qm̄ multus eſt ad ignoſcendū. Nō enim cogitationes meæ cogitationes ueſtræ: neq; uie meæ uie ueſtræ: dicit dn̄s. Quia ſicut exaltantur cœli a terra: ſic exaltate ſunt uie meæ a uiis ueſtris: & cogitationes meæ a cogitationibus ueſtris. Et quomodo deſcendit imber & nix de cœlo & illuc ultra non reuertitur: ſed inebriat terram: & infundit eā & germinare eā facit: & dat ſemen ſerenti: & panē comedenti. ſic erit uerbum meū quod egreditur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum: ſed facit quæcunq; uolui. & proſperabitur in his ad quæ miſi illud. Dicit dominus omnipotens.

FRatres. Dn̄ica in paſſione. Ad hebræos. Capi. ix. Chriſtus aūt aſſiſtēs pōtifex futurorū

Uinū & lac. ꝑ quę intelligit cibos ſpirituales.

Nō in panib9. ſed i iis q̄ magis famem augent.

Comedite bonū. i. cibū q̄ nō perit: ſed i ęternū ſatiat. Pactū ſempiternū. i. legem euāgelicā. q̄ lex moyſi tēporalis fuit.

Fideles nō fidelis. paulus actuū. xiii. hoc citat ex ſeptuaginta interpretatione ſancta dauid fidelis. Teſtem dedi eū. pater de filio dicit hoc.

Quam neſciebas. ſuperius de filio loquebatur: nunc ad filium. Quęrite dominū. omnes hortatur nunc vt in tempore gratię quęrant deum.

Quoniā multus eſt. i. propenſus & liberalis.

Cogitationes meę. q. d. aliter de9 aliter homo in his ſe habet: & ponit comparationē manifeſtā. ſed hęc in ſuperioribus iam expoſita ſunt.

Dominica in paſſione.

CHriſtus aſſiſtēs. Ex epl'a pauli ad hebręos. capi. ix. in quo miniſteria veteris legis cōparat noue: & poſtea quā narrauit quid in veteri fiebat: nunc quid in noua fit demonſtrat: dicēs.

Chriſtus aſſiſtens. in gręco adueniens. Pōtifex futurorum. ſicut aaron fuit pręteritorum.



ſemp paratg ad ſnig oſſind. ſ. ad interpelandū patrē pro nob.
[illegible]

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tanq̃ ouis. quod eſt in Eſaia cap. liij. qui locus nimirũ de xp̃o intelligit. Obmuteſcet. quia malũ pro malo nõ reddidit. In humilitate. quia per mortẽ abiectiſſimam peruenit ad hoc vt darctur ſibi ius ⁊ poteſtas: qꝛ pater omne iudiciũ dei filio. Generationẽ eius. aut de generatione illius ęterna qua proceſſit ex patre: loquitur: aut quod multos chriſticolas creabit. Tolletur de terra. quia niſi granum frumenti mortuũ fuerit. ipſum ſolum manet Joan. xij. De aliquo alio. puta de meſſia in lege ꝓmiſſo. Et tunc philippus arripiens occaſionem cepit illũ docere. Rapuit philippũ. ex quo patuit eunucho fuiſſe miſſum a deo: ideo ſubdit q̃d ibat gaudens. In azoto. ciuitate paleſtinę ſed non obtenta a tribu iuda cui fuerat ſorte data. Ceſarea. ciuitate quoq; paleſtinę iudeę. in ora maritima quę prius turris ſtratonis dicebatur.

do poſſum intelligere: niſi aliquis oſtenderit mihi? Rogauitq; philippum ut aſcenderet: & ſederet ſecũ. Locus autem ſcripturæ quam legebat erat hic Tanq̃ ouis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe ſine uoce ſic non aperuit os ſuũ In humilitate iudicium eius ſublatum eſt. Generationem eius quis enarrabit. Quoniã tolletur de terra uita eius. Reſpondens autem eunuchus philippo dixit. Obſecro te: de quo propheta dicit hoc: de ſe: aut de alio aliquo. Aperiens autem philppus os ſuum: et incipiens a ſcriptura iſta: euangelizabat illi ieſum. Et dum iret per uiam: uenerunt ad quandam aquam. Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis ꝓhibet me baptizari? Dixit autem philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et reſpondens dixit. Credo filium dei eſſe ieſum chriſtum. Et iuſſit ſtare currum. Et deſcenderunt uterq; in aquam philippus & eunuchus: & baptizauit eum. Cum autem aſcendiſſent de aqua: ſpiritus domini rapuit philippũ: & amplius non uidit eum eunuchus. Ibat autẽ per uiam ſuam gaudẽs. Philippus autem inuentus eſt in azoto. Et pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis: donec ueniret cæſaream nomen domini noſtri ieſu chriſti.

Feria. vi. Lectio petri apoſtoli. Capi. iii.

CHariſſimi. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt: iuſtus ꝓ iniuſtis ut nos offerret deo: mortificatos quidem carne: uiuificatos autem ſpiritu. In quo

Feria ſexta ſequenti.

Chriſtus ſemel pro peccatis. Ex prima petri epiſtola. capi. iij. in quo petrus fideles inſtrueret dicens q̃ melius eſt benefacere quam male facere: ponit exemplũ de chriſto: qui mortuus eſt pro peccatis non ſuis ſed noſtris. Mortificatos carne. ideſt inſenſibiles factos ad deſideria carnis. Viuificatos ſpiritu. ideſt intelligentes ſpiritualia. In quo predicato noe vocando ad pęnitentiam peccatores fuit figura prędicationis chriſti: ideo dicit in quo. ideſt ad figurandũ peccatorum mortificationem in carne: ⁊ viuificationem in ſpiritu.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In carcere. ligati conſuetudine peccādi. Prędicauit. ſ. per noe ſeruū ſuū. Expectabant dei patientiā. Per annos. ſ. centum viginti. vt ſcribitur Geū. cap. vi. Cum. i. quo tempore medio noe fabricabat arcā. Baptiſma per aquā. ſ. Eſt autem in hoc ſimilitudo quod noe et familia ex diluuio euaſit in arca. nos autem ex peccatis per baptiſma. Depoſitio carnis ſordium. quia non tam corpus quam animam abluit. Interrogatio bonę conſcientię. quia baptizandus interrogat an credat in deū. Per reſurrectionē. q2 ꝛ nos ſimiliter reſurgem⁹. Deglutiens mortē. quę ante nos deglutiebat. De qua propheta. Ero mors tua o mors: et morſus tuus inferne.

& his qui in carcere erant: ſpiritu ueniens prædicauit: qui increduli fuerant: aliquādo expectabāt dei patientiam in diebus noe: cum fabricaretur arca: ī quo pauci ideſt octo animæ ſalue factæ ſunt ſuper aquam. Quod & nos nunc ſæculis formæ ſalnos facit baptiſma: non carnis depoſitio ſordium: ſed cōſcientiæ bone interrogatio in deū. Per reſurrectionem ieſu chriſti domini noſtri qui eſt in dextera dei patris.

Sabbato ſequenti.

Deponentes omnē maliciā. Ex prima Petri epiſtola. capi. ij. in quo poſtea quam apoſtolus inſtituit fideles de regeneratione ſpirituali nunc inſtruit eos de educatione cōſequēti ipſam regenerationem. et quia vitia ſunt prius abijcienda: quā virtutes inſerantur. Deponētes ꝛ cetera. Simulationes. quas greci vocant hypocriſis. Detractiones. proximi detrahendo. Sicut modo geniti. ſcilꝫ innocentes et ſimplices: ſed non ignorantes ſed ratione vtentes. Lac. ideſt doctrinam fidei facilem. Ad quem. ſcilꝫ chriſtū. Lapidem viuum. in ſe ꝛ effectiue. Reprobatum. de quo pſalmiſta Lapidem quem reprobauerunt edificantes. Et ipſi. ſ. vos. Super edificamini domos. ideſt in domorum ſimilitudinem: ſiue templorum in quibus eſtis ſacerdotes. Scriptura. Eſaię cap. xxviij. ex tranſlatione ſeptuaginta. Lapidem ſummum. ideſt chriſtum. de quo in pſalmo. Hic factus eſt in caput anguli. Vobis honor. ſcilicet erit hic lapis. Non credentibus. ſcilicet erit lapis offenſionis.

Sabbato. Lectio petri apoſtoli. i. Cap. ii.

CHariſſimi. Deponentes omnē maliciā & oēm dolum: & ſimulationes: & inuidias: & omnes detractiones: ſicut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo: lac concupiſcite: ut in eo creſcatis in ſalutem: ſi tn̄ guſtatis quoniā dulcis eſt dn̄s. Ad quē accedentes lapidē uiuū: ab hoībus quidē reprobatū a deo aūt electū & honorificatū: & ipſi tāq̄ lapides uiui ſuper edificamini domos ſpirituales ſacerdotium ſanctum: offerentes ſpirituales hoſtias: acceptabiles deo: per ieſum chriſtū. Propter quod continet ſcriptura. Ecce pono in ſion lapidem ſummū angularē probatū: electum: præcioſum: & omnis qui crediderit in eū non cōfundetur. Vobis igitur honor credētibus: nō credētibus autē lapis quē reprobauerūt edificātes: hic factus eſt ī caput anguli.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In quo et poſiti ſunt.i.fundati eſſe deberent:nunc autē ſunt increduli. Populus acquiſitionis.i.quem ſibi ſanguine ſuo acquiſiuit. Non populus ante conuerſionem.

Et lapis offenſionis: & petra ſcādali: his qui offendunt uerbo nec credūt in quo & poſiti ſunt. Vos autem genus electum regale ſacerdotium: gens ſctā & populus acquiſitionis: ut uirtutes annūcietis eiꝰ qui de tenebris uos uocauit ad admirabile lumē ſuū Qui aliquando non populus dei: nunc autem populus dei. Qui non conſecuti miſericordiam: nūc aūt miam conſecuti.

Dñica in albis. Ioannis apoſtoli.i.Cap.v.

CHariſſimi. Oīe quod natū eſt ex deo uincit mundum. Et hæc eſt uictoria quæ uincit mūdum fides noſtra. Quis eſt autem qui uincit mundū niſi qui credit qm̄ ieſus eſt filius dei? Hic eſt qui uenit per aquam & ſanguinē ieſus chriſtus. Non in aqua ſolū: ſed in aqua & ſanguine. Quoniam træs ſunt qui teſtimonium dant in cœlo. Pater: uerbum & ſpiritus ſanctꝰ. Et hi tres unum ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra: ſpiritus: aqua & ſanguis. Et hi tres unum ſunt. Si teſtimoniū hominū accipimꝰ teſtimoniū dei maius eſt: qm̄ hoc eſt teſtimoniū dei quod maius eſt: quia teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filiū dei: habet teſtimoniū dei in ſe.

Feria.iiii. Ad corinthios.i.Capi.xv.

FRatres. Si autem xp̄s prædicatur ꝙ ſurrexit a mortuis qūo quidā dicūt ī uobis ꝙ reſurrectio

Dominica in albis.

OMne quod natum eſt ex deo. Ex prima Joannis epiſtola.cap.v. in quo agit de generatione diuini verbi.ꝛ quia dixit omne quod natum eſt.ꝛc.ſubdit. Hęc eſt victoria.ideſt qđ facit vincere.ſ.fides noſtra quā de verbo habemus incarnato. Filius dei.generatione ęterna. Per aquā ꝛ ſanguinē.nā vtrūqꝫ ex aperto latere exiuit: vt ſignificaretur aquā baptiſmatis habere vim omnē ex chriſti paſſione. Et ſpiritus.ſ.ſanctus dat huius rei teſtimoniū: quādo miſſus eſt cecitqꝫ ſuper diſcipulos: docuitqꝫ illos omnem veritatē. Quoniā tres ſunt. hęc manifeſtatio eſt per apertā beatoꝝ viſionem. Unum ſunt. in ſubſtātia ꝛ natura quę deſignātur per genꝰ neutrum. Et tres ſunt. quę manifeſtant veritatē verbi. Spiritus.ideſt anima chriſti deſcendens ad inferos. Aqua et ſanguis. i. baptiſma. vnum ſunt: quia conueniunt in aſſertione vnius veritatis. Teſtimonium. quia in ore duorū vel triū ꝛc. ergo multo magis dei teſtimonio credemꝰ. De filio ſuo. quod fecit in baptiſmate et tranſfiguratione dicens. Hic eſt filiꝰ meus ꝛc. Habet teſtimonium. ideſt effectum illius teſtimonij. Cetera manifeſta ſunt.

Feria quarta ſequenti.

SI autē chriſtus pręedicatur. Ex prima corinthioꝝ epiſtola.cap.xv.in quo agitur de mortuorū reſurrectione: quod probat ex chriſti ipſius reſurrectione. Si chriſtus prędicatur.ſ.a me,ꝛ ab alijs apoſtolis.cōſequētis tenet ex hoc qđ impoſſibile eſt prędicationis opus

tam diuinum eſſe inanē. Neq; chriſtus reſur. ſed reſurrexit: igitur ⁊ mortui reſurgent. ⁊ hęc apoſtoli argumenta procedūt deducendo ad inconuenientiam. ſ. quod chriſtus non reſurrexit. ⁊ quod fides corinthiorum eſt inanis ⁊ apoſtolorū pręedicatio vana. Eſtis in peccatis. quia per fidem non eſtis mūdati: quod etiā eſt inconueniēs. ſicut ⁊ quod ſequitur quod mortui in chriſto perierunt. In chriſto ſperantes ſumus. i. expectantes hic tantum ab eo remunerari. Miſerabiliores qui ſuſtinemus mala: et nō fruimur bonis. Nūc autem. hic probat conditionalem. ſcilꝫ quod ſi chriſtus reſurrexit. ex cōſequenti etiam mortui reſurgent. In ſuo ordine. quia primus qui reſurrexit fuit chriſtus. et multa corpora ſanctorum ſurrexerunt. ſed in fine ſeculi omnes ſimul reſurgēt in momento ⁊ ictu oculi vt ait apoſtolus.

Feria ſexta ſequenti.

Cum adhuc eſſem⁹. Ex epiſtola ad Romanos ca. v. in quo poſtea quam apoſtolus oſtēdit virtutem fidei in iuſtificatione credentiū: in hac ponit iuſtificationis motiuū: quod excludit a nobis dicēs. vt quid chriſtus cū eſſemus infirmi. ſcilꝫ propter peccatum. Mortuus eſt ſecūdū tēpus. ſ. triū dierū ſpacio. Pro iuſto. i. opus hoīs quātūcūq; iuſti vix meretur vt quis ꝓ eo velit mori: igitꝰ multo min⁹ pctōr hoc pōt mereri. Cōmēdat autē. i. commēdabilē oſtendit. Ab ira. i. ab inferno. q2 maius eſt peccatorē iuſtificare: quā ipſum a pęna liberare. Cū inimici eſſem⁹. per peccatū adę. Reconciliati. per mortē. ſ. chriſti. In vita. ſ. poſt glorioſam reſurrectionē. Nō ſolū aūt: in gręco nō ſolū id aūt. ſ. ſalui erimus in futuro. Sed ⁊ gloriamur. ſubaudi nunc in pręſenti.

mortuorum non eſt. Si autē reſurrectio mortuorū non eſt: nec xp̄s reſurrexit. Si aūt xp̄s non reſurrexit inanis eſt ergo prædicatio noſtra: inanis eſt & fides ueſtra. Inueniemur aūt & falſi teſtes dei: quoniam teſtimoniū diximus aduerſus deum ꝙ ſuſcitauerit xp̄m quem non ſuſcitauit: ſi mortui nō reſurgunt nam ſi mortui non reſurgunt: nec xp̄s reſurrexit. Quod ſi xp̄us non ſurrexit uana eſt fides ueſtra. Adhuc enī eſtis in peccatis ueſtris. Ergo & qui dormierunt in xp̄o perierunt. Si in hac uita tantū in xp̄o ſperantes ſumus: miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc aūt xp̄s reſurrexit a mortuis primitiæ dormiētium. quoniam quidem per hominem mors & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in adam omnes moriūtur: ita & in xp̄o oēs uiuificabūtur: unuſq; aūt ī ſuo ordīe primitiæ xp̄s.

Feria. vi. Ad romanos. Cap. v.

Fratres. Cū adhuc eſſemus infirmi: xp̄s ſecūdū tp̄s ꝓ īpiis mortu⁹ eſt: iuſtus ꝓ iniuſtis. Vix eñ pro iuſto quis moritur. Nā ꝓ bono forſitā quis audeat mori. Cōmēdat aūt ſuā charitatē de⁹ ī uobis qm̄ ſi cū adhuc pctōres eſſem⁹ xp̄s ꝓ nobis mortu⁹ eſt: multo igitur magis iuſtificati nūc in ſanguine ipſi⁹ ſalui erim⁹ ab ira ꝑ ip̄m. Si eñ cū inimici eſſemus recōſiliati ſum⁹ deo ꝑ mortē filii ei⁹ multo magis recōciliati ſalui erim⁹ in uita ipſius. Nō ſolū aūt ſed gloriamur in deo. Per ieſum xp̄m dn̄m noſtrū.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dominica ſecunda poſt paſcha.

Chriſtus paſſus eſt pro nobis. Ex prima petri epiſtola cap. ij. in quo ad patientiã chriſtianos hortatur. nam dixerat: in hoc enim vocati eſtis. i. vt iniuriam patienter tolleretis: ⁊ tunc infert chriſtus paſſus eſt. ⁊c. Veſtigia eius. ideſt imitantes illum. Qui peccatũ non fecit. in hoc imitari non poſſumus. Tradebat ſe. offerendo ſe querentibus ad mortem iniuſtam. In corpore ſuo penam pro nobis ſuſtinẽdo. Peccatis mortui. ideſt non peccando. Iuſticię. ideſt chriſto nos iuſtificanti. Cuius liuore. Ex eſaia ſumptum eſt. Epiſcopum. i. ſpeculatorem.

Feria quarta ſequẽti.

Obedite ꝓpoſitis veſtris. Ex ep̃la Pauli ad Hebręos capi. xiij. In quo apoſtolus docet quomodo hebręi ſe debent habere circa pręlatos. Ipſi enim. reddit rationem quare debeant obedire illis. Cum gaudio. cum viderint vos ſibi obſequentes. Non expedit vobis. ſcilz quod illi laborent et vos non obediatis. Orate pro nobis. i. adiuuate nos precibus veſtris apud deum. Bene volentes conuerſari. i. deſiderantes bonam conuerſationem omniũ. Reſtituar vobis. aberat enim ab hieroſolymis. Deus pacis. bene precatur illis ĩ clauſula epiſtolę. Eduxit paſtorem. i. a mortuis ſuſcitauit. Teſtamenti ęterni. qđ ſanguine chriſti confirmatum eſt.

Feria ſexta ſequenti.

Multitudinis aũt credẽtium. Ex actibus apoſtoloꝝ cap. iiij. in quo deſcribitur credentiũ ſancta communio ⁊ primo in genere. Cor vnũ. quia inuicẽ connectabãtur charitate.

Dñica. ii. poſt paſcha. Beati petri. i. Cap. ii.

CHariſſimi. xp̃s paſſus eſt pro nobis: uobis relinquẽs exẽplũ ut ſequamini ueſtigia ei?. Qui peccatũ nõ fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui cũ malediceretur nõ maledicebat. Cũ pateretur nõ cõminabatur. Tradebat aũt iudicanti ſe iniuſte: qui pc̃tã noſtra ip̃e ꝑtulit in corpore ſuo ſup lignũ: ut pc̃tis mortui iuſticiæ uiuam?: cui? liuore ſanati eſtis. Eratis em̃ ſicut oues errãtes. Sed cõuerſi eſtis nũc ad paſtorẽ & ep̃m animarũ ueſtrarũ.

Feria. iiii. Ad hebreos. Cap. xiii.

FRatres. Obedite prepoſitis ueſtris & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus ueſtris reddituri: ut cum gaudio hoc faciant & non gementes. Hoc enim nõ expedit uobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonã conſcientiam habemus in omnibus bene uolentes cõuerſari: Amplius aũt deprecor uos hoc facere: ut ꝙ celerius reſtituat uobis. Deus autor pacis q eduxit de mortuis paſtorẽ magnũ ouiũ in ſanguine teſtamẽti eterni dñm noſtrũ ieſum xp̃m aptet uos in oĩ opere bono: ut faciatis eius uoluntatẽ: faciens in uobis ꝙ placeat corã ſe per ieſum xp̃m. Cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Feria. vi. Actuũ apoſtolorum. Cap. iiii.

IN diebus illis. Multitudinis autem credentium erat cor unum & aĩa una. Nec quiſꝗ eorũ

Virtute magna. quia faciebant miracula virtute diuina. Gratia magna. idest amor qui facit omnia communia. vnde ſequitur: neq; quiſquam erat egens: quia omnia erant omnium. que ſequuntur per ſe patent. Dominica tertia poſt paſcha.

Obſecro vos tanq̄ aduenas. Ex prima petri epiſtola. capi. ij. et continuatur epiſtole precedenti: cuius initium eſt. Deponentes omnem maliciam. Itaq; inducit hoc in loco apoſtolus fideles ad diffuſionem fidei per exemplum ſancte conuerſationis dicens. obſecro vos. Aduenas et peregrinos ſcz a ciuitate celeſti. A carnalibus deſiderijs. ſicut peregrini qui nō immorantur in voluptatibus que occurrūt in via: ſed properāt in patriam. Cōuerſationem bonā. non ad propriam laudē: ſed ad dei gloriam. ideo ſubdit vt glorificent deū. In die viſitationis. idest cum diuina gratia illos conuertent. Omni creature humane. ſcilz habenti a deo regiminis autoritatem. ideo ſubdit ſiue regi ſiue miſſus a rege. Quaſi liberi. ſcilz libertate vera que eſt a vitijs. et non ſub pretextu libertatis non obediendo ſuperioribus. que ſequūtur patent vſq; ad verbū dyſcolis. Sunt enim dyſcoli homines moroſi et difficiles et quibus mala eſt conuerſatio: quod dys particula in compoſitione in malum ſonat ſemper. Gratia dei. idest res grata deo.

Feria quarta ſequēti.

que poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat ſed erant illis omnia communia. Et uirtute magna reddebāt apoſtoli teſtimonium reſurrectiōis ieſu xp̄i domini noſtri & gratia magna erat in oībus illis. Neq; enim quiſquam egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores domorum aut agrorum erant uēdentes afferebant præcia eorum quæ uendebant & ponebant ante pedes apoſtolorū. Diuidebātur aūt ſingulis prout cuiq; opus erat.

Dn̄ica. iii. Petri apoſtoli. i. Cap. ii.

CHariſſimi. Obſecro uos tanq̄ aduenas & peregrinos abſtinete uos a carnalib9 deſideriis quæ militāt aduerſus animam. Conuerſationē ueſtram inter gentes habentes bonam: ut in eo quod detractant de uobis tanq̄ de malefactoribus ex bonis operibus uos conſiderantes: glorificent deum in die uiſitationis. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter deum. Siue regi quaſi præcellenti. Siue ducibus tanq̄ ab eo miſſis: ad uindictā malefactorum: laudem uero bonorū. Quia ſic eſt uoluntas dei: ut benefaciētes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quaſi liberi: & non quaſi uelamen habentes maliciæ libertatem: ſed ſicut ſerui dei. Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorificate Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis. Non tātū bonis & modeſtis: ſed etiam dyſcolis. Hæc eſt enim gratia. In xp̄o ieſu domino noſtro.

Feria. iiii. ad hebræos.

Capi. ix.

NOn enim in manu facta. Ex epiſtola pauli ad hebręos cap. ix. In quo poſtea quã multa de ſacerdotio veteris legis dixit: comparat illud chriſti ſacerdotio. Manu facta quale fuit tabernaculum moſis ⁊ ſalomonis templum. Verorum. quia templa fiunt ad cęli ſimilitudinem. Pro nobis. ſ. mediator. Vt ſepe offerat ſe. ſed ſemel oblatus eſt vt dicit ad multorum exhaurienda hoc eſt tollenda peccata multorum: quia non omnes ſunt digni.

FRatres. Nõ enim in manu facta ſancta ieſus introiuit exemplaria uerorũ: ſed in ipſum cœlum ut appareat nunc uultui dei pro nobis. Neq; ut ſepe offerat ſemetipſum quemadmodum pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno. Alioquin oportebat eum pati frequenter ab origine mundi. Nunc autẽ ſemel in cõſumatione ſæculorum ad deſtitutionem paccati per hoſtiam apparuit. Et quẽadmodũ ſtatutum eſt hominibus ſemel mori: poſt hæc aũt iudicium ſic & chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorũ exhauriẽda peccata. Secundo ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe in ſalutem.

Feria.vi. Ad romanos. Capi.xiiii.

FRatres. Nemo noſtrũ ſibi uiuit: & nemo ſibi moritur. Siue enĩ uiuimus: dño uiuimus. Siue morimur: dño morimur. Siue ergo uiuimus ſiue morimur dñi ſumus: in hoc enĩ xp̃s mortuus eſt & reſurrexit: ut mortuorũ & uiuorũ dñetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuũ in mãducãdo: & quare ſpernis fratrem tuũ in non edendo? Omnes enĩ ſtabimus ante tribunal dei. Scriptum eſt enim. Viuo ego dicit dñs: qm̃ mihi flectetur omne genu: & omnis lingua cõfitebitur deo. Itaq; unuſquiſq; noſtrum pro ſe rationem reddet deo.

Dominica.iiii. Iacobi apoſtoli. Capi.i.

Poſt hoc iudicium. ſ. extremum erit. Sine peccato. nam in primo aduẽtu venit in ſimilitudinẽ peccati. nam quod faber dicit quod chriſtus in primo aduẽtu ſine peccato apparuit: aliud eſt apparere ⁊ aliud eſſe. vnde et Eſaias dixit cum ſceleratis reputatus eſt: ⁊ quaſi peccator inducitur in corpore myſtico.

Feria ſexta ſequẽti.

NEmo noſtrũ ſibi viuit. Ex epiſtola pauli ad Romanos cap. xiiij. in quo oſtendit quomodo maiores habere ſe debeant ad minores. ⁊ ponitur ratio quę accipitur ex parte eiꝰ ad quẽ pertinet de ſeruo alterius iudicare hoc eſt de ꝓprimo. is autem eſt chriſtus: cui omnes viuimus aut morimur. Nemo. quia nos non ſumus dñi vitę aut mortis noſtrę. In hoc. i. hoc dominiũ eſt morte ſua conſecutus: vt ſit dñs noſter per redẽptionem. Tu autem. ponit ratio quę accipit ex parte eius q̃ iudicat temere de alio. In manducando. ſ. ea quę ſunt in lege moyſi ꝓhibita. In non edendo. reputando illum inſanum quia non edit in lege prohibita. Ante tribunal. vbi de his iudicamur. Scriptum eſt Eſaię. xlv. Itaq;. concluſio eſt intenti.

Dominica quarta poſt paſcha.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Omne datum optimum. Ex epiſtola Jacobi. cap. pri. in quo remouet errorem dicentium quod bonum meriti non eſt a deo ſed ab ipſo homine. Datum optimum. i. boni meriti. Et donū perfectū. i. boni glorię. A patre luminū. cui omnia ſunt aperta ſicut in lumine diei claro. Immutatio & obumbratio. Sicut nobis qui ſemp immutamur & aliquādo dies aliquādo nox. Genuit nos. p modū adoptionis. In filio. i. per filiū. Initiū creaturę. ſ. quātum ad gratiam.

Scitis. p ſcire debetis.

Sit autē. pręcepta moralia proponit quę ſatis patēt per ſe. Inſitū verbum. i. quod mētibus inſerendum eſt.

Feria quarta ſequēti.

Omnes eni vos. Ex prima pauli ad theſſalonicēſ. epla cap. v. in quo poſtea quā poſuit in certitudinē diei iudicij: facit illos cautos circa illius expectationē. & quia paulo ante dixit fratres nō eſtis in tenebris: nunc dicit filij lucis eſtis. i. xpi qui eſt lux vera. Sicut cęteri. ſ. infideles. Qui dormiūt. ſ. noctis & ignorantię filij. &c. Diei ſumus. ſubaudi filij. Loricam fidei. i. armaturam quę corpus minuit. per quam intelligimus fidē charitate informatam.

Spem ſalutis. & ſic tetigit tres virtutes q̄ ſunt proprię chriſtianorum.

In iram. i. in dānationē ęternā. In acquiſitionem ſalutis. ideſt ſaluationem.

Feria ſexta ſequēti.

Gratias agim9 deo. Ex epla pauli ad Coloſſenſes cap. pri. in quo apoſtolus inducit coloſſenſes ad tenendum firmiter euangelium. & primo captat illorum beniuolentiam cum dicit ſe orare pro ipſorum felici conſumatione. Nos fecit. ſcil3 tam iudeos quā gentiles. Sortis ſanctorū. & hoc per baptiſmi gratiam.

FRatres. Omne datum optimum: & donū perfectum de ſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Apud quem non eſt tranſmutatio: nec uiciſſitudinis obumbratio. Voluntate genuit nos uerbo ueritatis: ut ſimus initium aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectiſſimi. Sit autem omnis homo uelox ad audiendum: tardus aūt ad loquēdum: & tardus ab iram. Ira enim uiri iuſticiā dei nō operatur. Propter quod abiicientes omnem immundiciam & abundantiam maliciæ in manſuetudine ſuſcipite inſitum uerbum. Quod poteſt ſaluare animas ueſtras.

Feria. iiii. Ad theſſalonicenſes. i. Cap. v.

FRatres. Omnes enim uos filii lucis eſtis & filii dei. Non ſumus noctis nec tenæbrarū. Igitur non dormiamus ſicut & ceteri ſed uigilemus & ſobrii ſim9. Qui enī dormiūt nocte dormiūt: & q ebrii ſunt nocte ebrii ſunt. Nos aūt qui diei ſum9 ſobrii ſim9 induti loricā fidæi & caritatis: & galeā ſpē ſalutis: quoniā nō poſuit nos de9 in irā: ſed in acquiſitionē ſalutis per dominū noſtrū ieſum xp̄m qui mortuus eſt pro nobis. Vt ſiue uigilemus ſiue dormiamus ſimul cū illo uiuamus. Propter quod cōſolamini inuicē & edificate alterutrū in xp̄o ieſu dn̄o noſtro.

Eeria. vi. Ad coloſſenſes. Cap. i.

FRatres. Gratias agimus deo & patri q dignos nos fecit in poteſtate ſortis ſanctorū in lumīe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De poteſtate tenebrarum. ideſt diaboli. Dilectionis. quia pater diligit filium ⁊ per illū nos. In quo. ideſt per quem. Primogenitus. ideſt ante omnia alia creata genitus per naturam cum ſint alia per creationem. In ipſo condita. ideſt per ipſum. quia verbo domini oīa creata ſunt. Siue throni. quattuor angelorum ordines nominat: ꝑ quos ⁊ alios quinqꝫ intelligit. Caput eccleſię. ī corpore myſtico. Principiū. i. primus qui reſurrexit ad vitam immortalem. Complaceat. ſ. deo inhabitare in ipſo. ideſt in chriſto homine. Alia patent.

Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ: in quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum. Qui eſt imago dei inuiſibilis primogenitus omnis creature. Quoniam in ipſa cōdita ſunt uniuerſa in cœlis et in terra uiſibilia et inuiſibilia. Siue throni: ſiue dominationes: ſiue principatus: ſiue poteſtates: omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Et ipſe eſt ante: & omnia in ipſo conſtāt. Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ: qui eſt principium primogenitus ex mortuis: ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens. Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem ueritatis habitare corporaliter: & per eum reconciliati omnia in ipſum pacificans per ſanguinē crucis eius: ſiue quæ in cœlis ſunt: ſiue q̄ in terra.

Feria. v. Iacobi. Cap. i.

CHariſſimi. Eſtote factores uerbi & non auditores tantum: fallentes uoſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt uerbi & nō factor: hic cōparabitur uiro conſideranti uultū natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Conſiderauit enī ſe & abiit & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis & permanſerit in ea non auditor obliuioſus factus: ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. Si quis autem putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam ſed ſeducens cor ſuum: huius uana eſt religio. Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc eſt. Viſitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum: & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.

Feria. ii. rogationū. Iacobi apoſtoli. Cap. v.

Dn̄ica. v. poſt paſcha.

EStote factores verbi. Ex epiſtola Iacobi apoſtoli cap. pri. in quo apoſtolus inducit fideles ad acquieſcendum veritati ipſam opere adimplendo. Fallentes vos. q2 illud in perniciē veſtrā redūdat. In ſpeculo. quia tametſi videt ſe non tamē perfecte ſed vmbratice: ⁊ ſic ſermo eſt vmbra rerum et non res vera. Lege libertatis. ideſt euangelij. quia lex vet9 ſeruitutis erat. Et permāſerit operando ea quę inde didicit. Religioſum. ideſt chriſtianū verum. Non refrenās. iactādo ſe quod ſatis eſt illi ſi crediderit et ſi non fuerit operatus. Seducens cor ſuum. ideſt ſeipſum fallēs. Viſitare pupillos. et quę ſequuntur. hęc autē ſunt opera chriſtiani.

Feria. ij. rogationum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CONfitemini alterutrum. Ex epiſtola Iacobi apoſtoli cap. v. in quo inducit fideles ad penitētię ſacramentū: per quod remittūtur peccata mortalia. Alterutrū. i. non tantū deo: ſed etiam alteri homini. Pro inuicem. i. viciſſim. i. alter pro altero. Deprecatio iuſti. ergo iniuſti nō eſt accepta. Helias. qđ dixit ꝓbat helię exēplo ſumpto ex. iiij. Reg. cap. xvij. Et nō pluit. qđ factū eſt ꝓpter peccatū achab ꝛ iezabel vxoris illi⁹. Rurſum orauit. ex eodem libro cap. ſequenti.

A veritate. ſiue fidei: ſiue morū. Operit multitudinē pctōꝝ. ſ. vt dixerimus: qđ nō videbūtꝰ a deo

Feria quarta ſequēti.

OBſecro vos primū. Ex pria epła pauli ad timotheū capi. ij. in q̄ timotheū inſtituit quod orare debeat ꝓ ſubditis immo et pro oībus. Ut quietā. i. ꝓ tēporū quiete ꝛ trāquillitate. Pietate. i. religione. Caſtitate quę cōiūcta eſt religioni. Vergili⁹. ꝛ caſta maneāt in religione nepotes.

Hoc bonū. ſ. orare pro oībus. Ueritatis. ſ. euāgelicę vult omnes venire

Unus de⁹. ſ. eſt qui oēs creauit ꝛ vult illos ſaluos eſſe. Un⁹ mediator. qui nos deo recōciliat. Teſtimoniū cōfirmatū eſt ꝑ apoſtoloꝝ prędicationē: ꝛ miraculoꝝ operationē

In fide et veritate. i. q̄ ꝑtinēt ad fidei veritatē.

In vigilia aſcēſionis.

UNicuiq; noſtrū data eſt gratia. ex epiſtola pauli ad epheſios capi. iiij. in quo oſtendit quod omnes fideles ſunt vnum corpus myſticum: cuius caput eſt chriſtus.

Secundū mēſurā. aliis ſcilꝫ plus: ꝛ aliis minus.

CHariſſimi. Cōfitemini alterutrū peccata ueſtra: & orate pro inuicē: ut ſaluemini. Multū eīm ualet deprecatio iuſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis: & oratione orauit: ut non plueret ſuper terrā: & nō pluit annos tres & menſes ſex. Et rurſum orauit in cœlū: & dedit pluuiā & terra dedit fructum ſuum. Si quis autē ex uobis errauerit a ueritate: & cōuerterit quis eū ſcire debet: qm̄ qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore uie ſue: ſaluabit animam eius a morte. Et operit multitudinē peccatorum.

Feria. iiii. ad Timotheum. i. Capi. ii.

CHariſſimi. Obſecro uos primum omniū fieri orationes: obſecrationes: poſtulatiões: gratiarum actiones pro omnibus hominibus: & pro regibus: & omnibus qui in ſublimitate ſunt conſtituti: ut trāquillam & quietam uitā agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſaluatore noſtro deo: qui omnes homines uult ſaluos fieri: & ad agnitionem ueritatis uenire. Vnus eſt enim deus: & unus mediator dei & hominum: homo chriſtus ieſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus cuius teſtimonium reuelatum eſt ſuis temporibus in quo poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus. Veritatem dico non mētior: doctor gentium in fide & ueritate.

In uigilia aſcenſionis. Ad epheſios Capi. iiii.

FRatres. Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecūdum menſurā donationis chriſti. Propter

Dicit ſubaudi ſcriptura. ꝛ Eſaię cap. lxvij. Captiuitatē. i. illos qui in limbo inferorū erāt detēti. Dedit dona. in die pentecoſtes dedit dona ſpiritus ſancti. ꝛ cotidie dat quibus vult. Quid eſt. i. qualiter intelligendū. Deſcēdit hominem aſſumpturus. Impleret oīa. que de illo per prophetas ſcripta erant. Dedit. ſ. diſtribuendo diuerſa dona. Cōſumationē ſanctorum. i. perfectionem fidelium. Corporis chriſti. ſ. eccleſię cuius caput eſt chriſtus. In vnitatem fidei. i. qui ſumus in illius fide vniti. In virū perfectū. quia omnes in ętate chriſti ſumus ſuſcitandi.

quod dicit. Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. Quod aūt aſcendit quid eſt: niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ. Qui deſcendit ipe eſt: & qui aſcēdit ſuper omnes cœlos ut adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdā quidem apoſtolos: quoſdā aūt prophetas. Alios uero euāgeliſtas: alios aūt paſtores & doctores ad conſumationem ſanctorū in opus miniſterii in edificationē corporis xp̄i: donec occurramus oēs in unitatem fidei: & agnitionis filii dei: in uirū perfectū: in menſuram ætatis plenitudinis xp̄i domini noſtri.

In die aſcēſionis. Lectio actuū apoſtolorū. Ca. i.

PRimum quidem ſermonem feci de omnib⁹ o theophile quæ cœpit ieſus facere & docere uſq; in diem qua precipiens apoſtolis per ſpiritum ſanctum quos elegit: aſſumptus eſt. Quibus & prebuit ſeipſum uiuum poſt paſſionem ſuā in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis: & loquēs de regno dei. Et conueſcens precepit eis ab hieroſolymis ne diſcederent: ſed expectarent promiſſionem patris: quā audiſtis inquit per os meū. Quia ioannes quidem baptizauit aqua uos autem baptizabimini ſpiritu ſancto: non poſt multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eū dicentes. Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnū iſrael. Dixit autem eis. Non eſt ueſtrum noſſe tēpora uel momenta: que pater poſuit in ſua poteſtate. Sed accipietis uirtutem ſuperuenietis ſpiritus ſancti in uos: & eritis mihi teſtes in ieruſalem: & in om

In die aſcenſionis.

PRimū quidē ſermonem fecit. Ex initio apoſtolicę hiſtorię quam Lucas euāgeliſta ſcripſit quam Theophilo miſit quem dicūt fuiſſe epiſcopum aſiaticum. Primū ſermonem. euangelium dicit: quod ſcripſit incipiens a ſacerdotio zacharię. ꝛ terminauit in aſcenſione domini. Uſq; in diem. ſ. aſcēſionis. Pręcipiens. quid eſſent facturi. Prębuit ſe viuum. poſt reſurrectionem vſq; ad aſcenſionē: qui fuerūt dies quadraginta. Argumētis. i. figuris vt modo hortolanus magdalenę: nunc peregrinus duobus diſcipulis. Conueſcens. i. ſimul cū illis comedens. Promiſſionē patris. de miſſione. ſ. ſpiritus ſcti. Joan. cap. xiiij. Spū ſancto. quē nō cōferebat Joānis baptiſma Qui cōuenerāt. ſ. cū illo manducātes ꝛ bibentes. Regnū iſrael. nā adhuc non ſentiebāt ſpūaliter. Uirtutē ſpūs ſancti. ad prędicādū euāgeliū meū.

g

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Intuerent.admirâtes illi⁹ aſcẽſionẽ. Viri.angeli in ſpecie viro℞. Sic veniet.in ſine ſecu li ad iudicãdum homines.ſ.in forma humana:vt nunc vidiſtis aſcendentem.

Dominica poſt aſcenſionem.

Eſtote prudẽtes ⁊ vigilate.Ex ep̃la petri prima.cap.iiij.in quo poſtea quã apoſtolus fi deles ordinauit in ſeipſos ⁊ in ꝓximos nunc hortat̃ illos ad timorẽ inſtãtis iudicij.⁊ mẽtis puritatẽ in ordine ad ſeipſos ⁊ ad ꝓximos. Operit ne videat̃ a deo vt ſupra dicit ĩ ep̃la iacobi. Hoſpitales.hoſpitio excipiẽtes hoſpites vros Sine murmuratiõe.ſ. expẽſarũ. Accepit gratiã.ſ.a dño hoc eſt gratis Boni diſpẽſatores.qui gratis dãt gratis dandũ accepere. Si qs loquit̃ ſ.v̄ba exhortatoria. Ser mones dei. Nõ ſibi ſed deo referẽdo. Si qs miniſtrat.ſ.bona tp̃alia hic q̃cꝫ nõ ad ſe ſed ad deũ referat q̃ ſibi talia dedit ad diſtribuẽdũ pauperibus.

Feria ſexta poſt octauas aſcenſionis.

Vidim⁹ ieſum xp̃m ꝓpter paſſionẽ.Ex ep̃la Pauli ad Hebreos ca.ij.vbi qr ſupra citauerat teſtimoniũ ex ꝓpheta Minuiſti eũ paulomin⁹ ab ãgelis:nũc v̄o expõit verba de xp̃o dicẽs. Videm⁹ ieſum ꝓpter paſſiõnẽ.i.ex merito paſſiõis. Et gratia dei.hoc eſt non ex noſtris meritis. Decebat.conueniens erat vt deus per paſſionem filiũ nos perduceret in gloriã. Propter quẽ

ni iudea & ſamaria:& uſcꝫ ad ultimum terræ:& cũ hoc dixiſſet uidẽtibus illis eleuatus eſt:& nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.Cumcꝫ intuerentur in cœlũ euntem illũ:ecce duo uiri aſtiterũt iuxta illos in ueſtib⁹ albis:qui & dixerũt.Viri galilei qd ſtatis aſpiciẽtes ĩ cœlũ?Hic ieſus q aſſumpt⁹ eſt a uobis in cœlũ:ſic ueniet quẽadmodũ uidiſtis eũ eũtẽ ĩ cœlũ.

Dñica poſt aſcenſionẽ.Petri apoſtoli.i.Ca.iiii.

CHariſſimi.Eſtote prudentes & uigilate in orationibus.Ante om̃ia aũt mutuã in uobiſmetipſis charitatẽ continuã habẽtes.quia charitas operit multitudinẽ peccatorũ.Hoſpitalitatẽ ĩuicẽ ſine murmuratiõe.unuſquiſcꝫ ſicut accepit gratiã in alterutrũ illũ adminiſtrãtes:ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei.Si quis loquitur.quaſi ſermones dei.Si quis miniſtrat:tacꝫ ex uirtute quã adminiſtrat deus:vt in omnib⁹ honorificetur deus:ꝑ ieſum xp̃m dominum noſtrum.

Feria.vi.poſt octa.aſcenſionis.

Ad hebræos.Cap.ii.

FRatres.Vidimus ieſum chriſtum propter paſſionem mortis gloria et honore coronatum.ut gratia dei pro omnibus guſtaret mortem.Decebat eum propter quem omnia & per quem omnia:qui multos filios in gloriã adduxerat auctorẽ ſalutis eorum per paſſionem conſumari.Qui em̃ ſanctificat & qui ſanctificatur ex uno omnes.Propter

ideſt in quem omnia referũtur. Et per quem.qui eſt cauſa efficiens. Adduxerat.i.adducere volebat. Cõſumare.i.vſcꝫ ad conſumationẽ perducere. Autorẽ ſalutis.i.ieſum xp̃m.⁊ hoc ꝑ illi⁹ paſſionẽ. Ex vno.i.ex eodẽ patre.ſed xp̃s ꝑ generationẽ:hoĩes alij ꝑ creationem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quam cauſam nō confunditur fratres eos uocare dicens. Narrabo nomen tuū fratribus meis: in medio eccleſiæ laudabo te. Et iterū. Ego ero fidēs in eū Et iterū. Ecce ego & pueri mei: quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri cōmunicauerūt carni & ſanguini & ipe ſimiliter pticipauit eiſdē ut per mortē deſtrueret eum qui habebat mortis imperiū: id eſt diabolū. & liberaret eos. qui timore mortis per totā uitā obnoxii erant ſeruituti. Nuſq̃ eīm āgelos apprehēdit: ſed ſemē abrahæ apprehēdit. Vnde debuit p oīa fratrib⁹ aſſimilari: ut miſericors fieret. & fidelis pōtifex ad deū: ut repropitiaret delicta populi. In eo eīm in quo paſſus eſt ipe & tētatus potēs eſt & eis q tētātur auxiliari. Vnde fratres ſcti uocatiōis celeſtis participes: cōſiderate apoſtolū & pontificē cōfeſſionis noſtræ. Ieſum chriſtum dn̄m noſtrū.

Sabbato in uigilia pēthecoſtes. Geneſis. Ca. xxii.

TEntaauit deus abraam: & dixit ad eum. Abraam. Abraam. At ille reſpōdit. Adſum. Ait illi. Tolle filiū tuū unigenitū quē diligis iſaac & uade in terram uiſionis: atq; ibi offeres eum in holocauſtum. ſuper unum montium quem monſtrauero tibi. Igitur abraam de nocte conſurgens ſtrauit aſinum ſuū: ducens ſecū duos iuuenes: & iſaac filiū ſuū. Cūq; cōcidiſſet ligna in holocauſtum: abiit ad locum quem præceperat ei deus. Die aūt tertio eleuatis oculis: uidit locum procul. Dixitq; ad pueros ſuos. Expectate hic cū aſino: ego & puer illuc uſq; properantes: poſtq̃ adorauerimus reuertemur ad uos. Tulit quoq; ligna holocauſti: & impoſuit ſuper iſaac filium ſuū. Ipſe uero portabat ignem & gladiū in manib⁹. Cūq; duo pergerēt ſimul: dixit iſaac patri ſuo. Pater mi! At ille reſpondit. Quid uis fili! Ecce inquit ignis & ligna: ubi eſt uictima holocauſti! Dixit autē abraam. Deus prouidebit

Non confunditur. i. nō erubeſcit. Dicēs pſal. xxi. qui de xp̄o etiā in ſenſu litterali debet intelligi. Et iterū. Eſaię. capi. viij. Pueri mei. de quibus Ioan. xvij. hominibus inquit quos dediſti mihi. Quia ergo pueri cōicauerūt. i. in natura paſſibilitatis. Nuſquā angelos. ideſt naturā angelicam aſſumpſit ſicut humanā. Ut repropicia ret. faciendo deū propicium p ſui corporis oblationem. In eo. i. in natura humana. Et tentatus a demone in deſerto.

Apoſtolū. i. chriſtum a patre miſſum. Apoſtol⁹ eīm miſſus interpretatur.

In vigilia pentecoſtes.

TEntauit deus abraam. Ex geneſi capi. xxvi. in quo exponitur quo pacto deus tentauit abraā an ſibi in filio occidendo obtēperaret. In mōtem viſionis. ideſt vnde poterat videri tota adiacens regio' qui tūc erat iuxta ieruſalem ſed poſtea fuit vrbi adiectus: mons autem ille vocabatur moria. Die tertio. tantum temporis ſufficiebat ad veniēdum de berſabeę ad montem moria: hoc eſt ad ieruſalē. Deus prouidebit. hoc iam pphetice dictū eſt: quoniam deus prouidit de hoſtia cędenda pro filio.

Vſq̧ hodie dicitur. in prouerbiū circūfertur p ora hebreoꝝ: quotieſcūq̧ ſunt in aliqua anguſtia in monte dominus videbit. Vocauit ſecundo. q: facta fuerat promiſſio abraam quā nūc iterum iuramento confirmat.

Per me metipſum. q: nihil eſt deo maius p qđ iurare poſſit. Abierunt ad berſabee. vnde fuerāt pfecti ad mōtem moria.

ſibi uictimam holocauſti fili mi. Pergebāt ergo pa
riter: & uenerunt ad locum quem oſtenderat ei de9
in quo edificauit altare: & deſup ligna cōpoſuit. Cū
q̧ alligaſſet iſaac filium ſuū poſuit eū in altare ſup
ſtruem lignorum. Extenditq̧ manū & arripuit gla
dium: ut īmolaret filium ſuum. Et ecce angelus dñi
clamauit de cœlo dicens. Abraam abraam. Qui
reſpondit adſum. Dixit ei. Non extendas manū tuā
ſuper puerum: nec facias illi quicq̄. Nunc cognoui
q̧ timeas deū: & non peperciſti filio tuo unigenito
propter me. Leuauit abraam oculos ſuos: uiditq̧
poſt tergū arietē inter uepres: herētem cornibus:
quē aſſumēs obtulit holocauſtū pro filio. Appellauitq̧ nomē loci illius
dñs uidet. Vnde uſq̧ hodie dicitur ī mōte dñs uidebit. Vocauit aūt ange
lus dñi abraā ſecūdo de cœlo dicēs. Per memetipſū iuraui dicit dñs: quia
feciſti hāc rem & nō peperciſti unigenito filio tuo propter me benedicā
tibi & multiplicabo ſemē tuū ſicut ſtellas cœli: & uelut arenā q̄ eſt in litto
re maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorū ſuorū: & benedicētur
in ſemine tuo omnes gētes terræ: quia obediſti uo
ci meæ. Reuerſuſq̧ eſt abraam ad pueros ſuos abie
runtq̧ berſabeæ ſimul. Et habitauit ibi.

Lectio altera.

SCripſit moyſes canticū. Ex deuteronomio cap. xxxi. in quo propheta inſtituit populum iſraeliticū in legis ſā tradite obſeruatione: et Joſue ſuū ſucceſſorē hortat: ⁊ quid facere debeat admonet. Scripſit cāticū. quod ponit cap. ſequēti. ſ. audite celi que loquor. Verba legis. ſupra ſcripte. Leuitis. qui erant de tribu leui ad quos id officiū ptinebat. Arce federiſ. nō cōſtat vtrū itra aut extra arcā poneret. In teſtimoniū. ne ptendas legis ignorātiā. Cōtētioſe egiſtis. vt patet in exodo ⁊ libro numeroꝝ.

## Lectio Deuteronomii. Capi. xxxi

SCripſit moyſes canticum: & docuit filios iſra
el. Præcepitq̧ dñs ioſue filio nun. & ait. Con
fortare & eſto robuſtus. Tu em̄ ītroduces filios iſra
el in terram quā pollicitus ſum eis & ego ero tecum
Poſtq̧ ergo ſcripſit moyſes uerba legis hui9 in uo
lumine atq̧ compleuit: præcepit leuitis qui porta
bant arcā federis dñi dicens. Tollite librum iſtū. &
ponite illū in latere arcæ federis dñi dei noſtri: ut
ſit ibi contra te in teſtimoniū. Ego enim ſcio contē
tionem tuam: & ceruicem tuam duriſſimā. Adhuc
uiuente me & ingrediente uobiſcum: ſemper cōtē
tioſe egiſtis contra dominum: quanto magis cum
mortu9 fuero? Cōgregate ad me oēs maiores natu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per tribus ueſtras atq; doctores. & loquar audientibus eis ſermones iſtos: & inuocabo contra eos cœlum & terrā. Noui enim ꝙ poſt mortē meā inique agetis: & declinabitis cito de uia quam præcepi uobis. & occurrēt uobis mala in extremo tēpore quādo feceritis malū in conſpectu domini: ut irritetis eum per opera manuū ueſtrarū. Locutus eſt ergo moyſes audiente uniuerſo cœtu filiorū iſrael uerba carminis huius et ad finem uſq; cōpleuit.

Sermones iſtos. ſ. cātici inſequētis. hoc eſt audite cęli. Noui enī ꝑ ſpiritū ꝓpheticū. In extremo tēpore. cū veſtrū meſſiam hoc eſt chriſtum veſtrum occidetis.

Lectio Eſaiæ prophetæ. Capi. iiii.

APprehendent ſeptē mulieres uirū unū in die illa dicētes. Panē noſtrū comedemus & ueſtimētis noſtris operiemur: tātūmodo inuocetur nomē tuū ſup nos. aufer opprobriū noſtrū. in die illa erit germē dñi in magnificētia & gloria: & fructus terræ ſublimis & exultatio his qui ſaluati fuerint de iſrael. Et erit oīs qui relict⁹ fuerit in ſion & reſiduus in ieruſalē. ſanct⁹ uocabitur oīs qui ſcript⁹ eſt in uita in ieruſalē. Si abluerit dñs ſordē filiarum ſion: & ſanguinē ieruſalē lauerit de medio ei⁹: in ſpiritu iudicii & ſpiritu ardoris. Et creauit dñs ſup oēm locū mōtis ſiō: & ubi inuocat⁹ eſt nubē: per diē & fumū & ſplendorē ignis flāmantis in nocte. Sup oēm enī gloriā protectio: & tabernaculū erit in umbraculū diei ab æſtu. in ſecuritate & abſcōſione a turbine & a pluuia.

Lectio tertia.

APprehendent mulieres ſeptē. ſed iā expoſita eſt in parte ſuperiori in vigilia reſurrectionis domini.

Lectio Baruch. Capi. iii.

AVdi iſrael mandata uitæ: & auribus percipe: ut habeas prudentiam. Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicorum tuorum es? Inueteraſti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis. Deputatus es cū iis: qui ſunt apud inferos: quia dereliquiſti fontem uitæ & ſapientiæ. Si in uia domini ambulaſſes: inhabitares utiq; in æternū. Diſce ubi ſit ſapientia: & ubi ſit fortitudo: et ubi prudentia: ut ſcias ſimul ubi ſit longitudo uitæ & uictus: ubi ſit lumen oculorum & pax. Quis inuenit

Lectio quarta.

AVdi iſrael mandata vitę. Ex baruch ieremię prophetę ſcriba capi. iij. in quo baruch populum iſrael ad ſapiētię deſiderium hortatur. Mādata vitę. ideſt ad vitam inducētia. Prudentiam. i. rerum diuinarum ſapientiam: Inimicorum. ideſt in captiuitate. Cum mortuis. i. peccatoribus. In infernum. ideſt cum idolatris Dereliquiſti. hęc eſt horum cauſa. & eſt reſponſio ad queſtionem. In pace. relinquentes autē viam dei bellis oppreſſi ſunt. Et victus. ideſt verus animorum paſtus. Lumen oculorū: videndo apertā ſalutis viam. Et pax. i. quies. Quis q. d. nemo ex infidelibus



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Locũ eiꝰ. ſ. ſapiẽtię ſiue
prudẽtię. Principes gẽ
tiũ. q̃ oẽs erãt idolatrę: ꝛ
deũ ignorãtes. Beſtias
p venationẽ illarũ. In
auibus cęli. per aucupiũ.
Theſaurizant. qꝛ p hęc
putãt ſe poſſe dñari. Nõ
eſt finis. qꝛ ex ſolonis ſen
tẽtia diuitiarũ nullus eſt
terminꝰ. Fabricãt ĩ va=
ſa ꝛ pecunias. Nec eſt
inuẽtio. qꝛ nõ cõſequunt̃
q̃ voluit morte pueti. Ui
derũt lumen. ſcintillã ali
quã veri boni. Diſcipli
nam ignorauerunt obcę=
cati voluptatibus. Filiȷ̃
eoꝝ. nõ bene a patribus
ĩſtituti. In terra canaã.
vbi anteq̃ ab hebręis
poſſideret̃ erat dei cultꝰ
ignotus. Filiȷ́ agar. i.
iſmaelitę. oẽs inquam hi
viam vitę ignorauerunt
O iſrael. ſubaudi cõſide
ra. Quã magna. i. quã
late patẽs. Magnꝰ eſt.
ſ. deꝰ. Fuerũt gigãtes.
ad ſuperiora refert̃. ſ. ad
terram canaã ꝛ theman.
Nõ hos. ſed te o iſrael
elegit. Accepit eã. ſ. ſa=
pientiã. Sup aurũ ele=
ctũ. q. d. nullus. qꝛ a deo
tantũ reuelata eſt per fi
liũ ſuũ. In ęterno tẽpo=
re. i. ęternum duratura.
Lumẽ. ſ. ſolis ꝛ lunę p
ſolẽ. ꝛ aliarũ q̃ꝙ ſtellaꝝ.
Dixerũt adſumus. rebꝰ
inanimatis dat ſermonẽ.
p proſopopeiã. Luxe=
rũt ei. i. eiꝰ iperio. Ad
uerſus eũ. i. q̃ ei aduerſet̃.

locũ eius: & quis intrauit in theſauros eiꝰ? Vbi ſunt
principes gentiũ. & qui dominãtur feris quæ ſunt
ſuper terram. Qui in auibus cœli ludunt: qui argẽ=
tum theſaurizant & aurum: in quo confidunt ho=
mines: & non eſt finis acquiſitionis eorũ. Qui ar=
gentũ fabricant. & ſolliciti ſunt: nec eſt inuẽtio ope
rũ illorũ. Exterminati ſũt: & ad inferos deſcẽderũt
& alii in loco illorũ ſurrexerũt. Iuuenes uiderũt lu=
men & habitauerunt ſup terrã. Viã autẽ diſciplinæ
neſcierunt: neq; intellexerunt ſemitas eiꝰ: neq; ſu=
ſceperunt eã filii eorum: a facie ipſorum lõge facta
eſt. Nõ eſt audita in terra canaan: neq; uiſa eſt in the
mã. Filii quoq; agar qui exquiſierũt prudẽtiã: quæ
de terra eſt: negociatores terræ & theman. & fabula
tores & exquiſitores prudẽtiæ & intelligentiæ: uiã
autẽ ſapiẽtiæ neſcierũt: neq; inuenerũt ſemitas eiꝰ
O iſrael q̃ magna eſt domus dei: & ingẽs locꝰ poſ=
ſeſſiõis eiꝰ. Magnus eſt & nõ habet cõſumationem
excelſus & immenſus. Ibi fuerunt gigantes nomi=
nati: illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna ſciẽtes
bellum. Non hos elegit dñs: neq; uiã diſciplinæ in=
uenerũt: propterea perierũt. Et qm̃ non habuerũt
ſapientiam: interierunt propter ſuam inſipientiã.
Quis aſcẽdit in cœlum & accepit eã: & eduxit eã de
nubibꝰ. Qui tranſfretauit mare: & ĩuenit illã: & at=
tulit eã ſup aurũ electũ. Nõ eſt q ſciat uiã eiꝰ: neq; q
excogitet ſemitas eius. Sed qui ſcit uniuerſa nouit
illam. & adinuenit eam prudentia ſua. Qui præpa
rauit terram in æterno tempore: & repleuit eam bi
pedibus & quadrupedibus. Qui emittit lumẽ & ua
dit & uocauit illud & obedit illi in tremore. Stellæ
autem dederunt lumen in cuſtodiis ſuis: & letatæ
ſunt. Vocatæ ſunt. & dixerunt. Adſumus. Et luxe=
runt ei cum iucunditate qui fecit illas. Hic eſt deus
noſter: & non extimabitur alius aduerſus eum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In terris viſus eſt. q2 non eſt locutus iam per prophetas ſed per ſeipſum ſuſcepta carne humana prędicās quę ante dixerat per prophetas. Lectio alia. Factum eſt cum apollo eſſet corinthi. Ex actibus apoſtolorū capi. xix. in quo Lucas deſcribit pauli prędicationē ephesi. Apollo. pauli coadiutor in euangelii prędicatione. Epheſum ciuitatem minoris aſię ſiue ionię. Spiritum ſanctum. ſ. in ſigno viſibili: q2 tūc ſic dabatur baptizatis. Audiuimus mirum eſt qđ iſti dicūt cum in forma baptiſmi nominetur. ſed in baptiſmo ioannis non exprimebātur nomina trium perſonarum. Duodecim. qui ſic baptizati ſunt. Suadens. ſuaſionibus oratoriis ad euāgelii fidē inducens cętera patent.

Hic adinuenit omnē uiā diſciplinæ: & dedit illā iacob puero ſuo: & iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc ſup terram uiſus eſt: & cū hoĩbus cōuerſatus eſt.

Actuum apoſtolorum. Cap. xix.

IN diebus illis. Factum eſt cū apollo eſſet corīthi: & paulus peragratis ſuperioribus partibus ueniret epheſum: & inueniret quoſdam diſcipulos: dixitq; ad eos. Si ſpiritum ſanctū accepiſtis credentes. At illi dixerunt ad eum. Sed neq; ſi ſpiritus ſanctus eſt audiuimus. Ille uero ait. In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt. In ioannis baptiſmate. Dixit autē paulus. Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitētiæ populum dicens: in eū qui uentur⁹ eſt poſt ipſum ut crederent: hoc eſt ieſum. His auditis: baptizati ſunt in noĩe dñi ieſu. Et cū impoſuiſſet illis manus paulus: uenit ſpiritus ſanctus ſuper eos: & loquebantur linguis & prophetabāt. Erant autem om̃es uiri fere duodecim. Introgreſſus autē ſynagogam: cum fiducia loquebatur p tres menſes diſputans & ſuadens de regno dei.

In feſto ſpiritus ſancti.

Cum complerentur dies pentecoſtes. Ex actibus apoſtolorum capi. ii. in quo Lucas ponit ſpiritus ſancti miſſionem: quemadmodū chriſtus promiſerat. Pentecoſtes. ideſt quinquageſimę a die videlicet reſurrectionis. In eodem loco. ideſt ĩ cęnaculo vbi erāt illę centū viginti aĩę de quibus in capite ſuperiori dixit. Venientis ſpūs i. ventus violēs. Repleuit. ſubaudi ſplendore. Lingue. q2 donum linguarū illis dādum erat. Ex omni natione. q2 conuenerāt rōne feſti. Cōfuſa eſt. admiratione rei.

In die ſctĩ ſpūs. Lectio actuū apoſtolorū. Ca. ii.

IN diebus illis. Cū cōplerentur dies pentecoſtes erāt oēs pariter in eodē loco. Et factus eſt repente de cœlo ſonus tanq̃ aduenientis ſpirit⁹ uehementis: & repleuit totam domum ubi erant ſedētes. Et apparuerunt illis diſptitæ linguæ tanq̃ ignis: ſeditq; ſupra ſingulos eorū. Et repleti ſunt oēs ſpū ſctō: & ceperūt loqui uariis linguis: prout ſpūs ſctūs dabat eloqui illis. Erāt aūt in ieruſalē habitātes iudæi uiri religioſi ex oĩ natiōe quæ ſub cœlo eſt. Facta aūt hac uoce cōuenit multitudo & mēte cōfuſa ē



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Galilei.quoꝝ erat lingua diſtincta ab aliis. Parthi.enumerat regiones vñ iudei venerāt ſ.parthiā mediā meſopotamiā.i.ſyriā iter duo flumia hoc eſt tigrim ꝛ euphratē Pontū.cui adnexa eſt bithynia. Pāphilia.cōtermina cilicię.ꝛ hę oēs erāt in aſia. Egypt⁹ ꝗ partim in aſia partim ī aphrica.

Circa cyrenē.i.regionē cyrenaicam q̄ eſt iter ęgyptū ꝛ aphricā ꝓprie dictā Proſeliti.i.cōuerſi de gētilitate ad iudaiſmum Cretes.ex inſula creta. Arabes ex triplici arabia. Feria.ij.ſequēti.

Aperiēs petrus os ſuū. Ex actib⁹ apoſtoloꝝ cap.x. in quo poſt cornelij cōuerſionē ponit petri ꝑdicationē. Predicare ꝛ teſtificari.qñ dixit eritis mihi teſtes. Viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ.i.bonoꝝ ꝛ maloꝝ. Oēs ꝓphetę. nō ſolū nos q̄ illū audiuimus. Cecidit ſpūs ſctūs in ſigno viſibili. Ex circūciſione.i.iudei ad fidez cōuerſi. In nationes.i. in gētiles. Nūqd aquā. q.d. ex quo ſpūs ſanctus ꝑuenit baptiſmū qs prohibet eos baptizari. In noīe ieſu xp̄i. q2 in primitiua eccl'ia ſic baptizabātur. Feria.iij.ſequēti.

Cum audiſſent apoſtoli.ex actib⁹ apoſtolorum cap.viij.in quo poſtea quā poſuit predicationē philippi: nūc ponit profectionem petri ꝛ Joannis in ſamariā q̄ iā crediderat. Spiritū ſanctū.q̄ baptizatis nondū venerat. quē tñ illis ſuꝑuenientibus acceperunt ꝑ manuū impoſitionē.

qm̄ audiebat unuſquiſq; linguam ſuā illos loquentes.Stupebant autē oms & mirabantur dicētes. Nōne ecce omēs iſti qui loquuntur galilæi ſunt:& q̄uo nos audiuimus uuuſquiſq; linguā noſtrā in qua nati ſum⁹? Parthi & medi & elamitæ & q habitāt meſopotamiā:iudeā & cappadociā:pontū:aſiā:phrygiā: pāphiliā ægyptū & partes libyæ:q̄ eſt circa cirenē & aduenæ romani : iudæi quoq; & ꝓſeliti: cretes & arabes:audiuim⁹ eos loquentes noſtris linguis magnalia dei. Feria.ii.Actuum apoſtolorū.Cap.x.

IN diebus illis.Aperiens petrus os ſuū dixit. Viri fratres & patres:nobis p̄cepit dn̄s prædicare populo & teſtificari:quia ip̄e eſt qui cōſtitutus eſt a deo iudex uiuorū & mortuorū.Huic oēs ꝓphetæ teſtimoniū perhibēt:remiſſionē pc̄torū accipere per nomē eius:oēs qui credunt in eū.Adhuc loquēte petro uerba hæc: cecidit ſpūs ſctūs ſuper oēs qui audiebant uerbū: Et obſtupuerunt ex circūciſione fideles qui uenerant cū petro:quia & in nationes gratia ſpiritus ſancti effuſa eſt. Audiebant em̄ eos loquentes linguis & magnificantes deū. Tunc reſpondit petrus.Nunquid aquam quis prohibere poteſt:ut nō baptizentur hi qui ſpiritum ſanctū acceperunt:ſicut & nos? Et iuſſit eos baptizari in nomine domini uoſtri ieſu chriſti.

Feria.iii.Lectio actuū apoſtolorū. Cap.viii.

IN diebus illis.Cū audiſſent apoſtoli qui erāt hieroſolymis quia recepit ſamaria uerbū dei miſerūt ad eos petrū & ioān̄e.Qui cū ueniſſēt:orauerūt ꝓ ip̄is ut acciperēt ſpm̄ ſctm̄.Nondum em̄ in quēq; illorum uenerat.ſed baptizati tantū erant in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Feria quarta ſequenti.

DIligite iuſticiā. Ex libro ſapiētię cap. primo. Sunt qui dicāt librū illū eſſe philonis iudei Ambroſius ſalomonis eſſe putat. cui oēs fere refragātur. & eſt hoc libri initium in quo autor hortatur auditores ad iuſticiam ſapientiamqꝫ amplectendā. Sentite de dño. i. bene de illo ſentite. Simplicitate. i. innocentia. Non tentant. i. quod poſſunt aſſequi ratione humana expectant a deo. Separant. quēadmodū & bonę cōiūgūt. Probata virtꝰ. ſ. a deo Inſipientes. i. p̄ ignorātiā peccātes. In maliuolam. i. mala appetentem. Spiritus diſciplinę. i. autor ſapiētię in diſcipulo. Effugiet fictū. i. qui nō querit rē ſed apparentiam rei. Auferet ſe. ab effectu alioqui eſt vbiqꝫ. Sine intellectu. i. ſine rōne. Et corripient. i. punietur ab iniquitate. qꝛ peccatū ſequēs eſt pena precedētis. Spiritꝰ ſapientię. ſubaudi dator. Maledictū. i. hoīem obſtinatum in pctīs. A labijs ſuis. i. blaſphemijs lingua p̄petratis. Linguę auditor. ergo multo magis operū ſpectator. Repleuit. qꝛ vbiqꝫ eſt. Cōtinet oīa. hꝫ p̄ amorē intra ſe cōnexa. Sciētiā vocis q̄ eſt inter illiꝰ dona. Lectio alia.

PEr manꝰ apłoꝝ. Ex actibꝰ apłoꝝ capi. v. in quo poſtea quā Lucas poſuit petri predicationē propriā & mira quę faciebat: nūc ponit oīm in cōe tā predicationem quā miracula. In plebe. quia principes et ſacerdotes obſtinatores erant. In porticu ſalomonis. vbi erat maior hominū cōcurſus. Coniungere illis. ſ. ficte timētes ananię penam. Magnificabat. propter mirabiles infirmorū curationes. Quę autem ſequuntur ex dictis

nomine dñi ieſu. Tunc īponebāt manꝰ ſuper illos: & accipiebant ſpiritum ſanctum.

Feria .iiii. Lectio. Sapientiæ. Cap. i.

IN diebus illis: Dixit ſalomon filiis iſrael. Diligite iuſticiam: qui iudicatis terram. Sētite de domino in bonitate: & in ſim plicitate cordis quæri te illum. Quoniam inuenitur ab iis qui non tentant illum: apparet eis qui fidem habent in illum. Peruerſæ enim cogitationes ſeparant a deo: probata autem uirtus corripit inſipiētes. Quoniā in maliuolam animā nō introibit ſapiētia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus em̄ diſciplinæ effugiet fictū: & auferet ſe a cogitatiōibus q̄ ſunt ſine intellectu: & corripientur a ſuperueniēte iniquitate. Benignus eſt em̄ ſpiritus ſapiētiæ: & nō liberabit maledictū a labiis ſuis. Quoniā renum illius teſtis eſt deꝰ: & cordis eiꝰ ſcrutator eſt uerus linguæ illiꝰ auditor. Q̄m̄ ſpiritꝰ dñi repleuit orbē terrarū: & hoc quod cōtinet oīa ſciētiā habet uocis.

Actuum apoſtolorum. Cap. v.

IN diebus illis. Per manus apoſtolorū fiebant ſigna & prodigia multa in plebe. Et erāt unanimiter omnes in porticu ſalomonis. Cæterorum autē nemo audebat ſe cōiungere illis: ſed magnificabat eos populus. Magis aūt augebatur credentiū in domino multitudo uirorum ac mulierum: ita ut in plateis eiicerent infirmos: & ponerēt in lectulis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

manifeſta ſunt.

Feria quinta ſequenti.

Philippus deſcẽdẽs. Ex actib⁹ apł'oꝝ cap. viij. in q̃ lucas poſtea quã deſcripſit geſta ſtephani diaconi. hic ꝓſequit̃ facta philippi apł'i. Ciuitatẽ ſamariæ. que fuit metropolis decẽ tribuũ iſrael: q2 ibi erãt ſemiiudei qm̃ partẽ legis acceperãt: hoc eſt quinqꝫ libros moyſi Intẽdebant. i. attẽte audiebant maxime videntes miracula que ab illo fiebãt curando paralyticos. ⁊c.

Feria ſexta ſequenti.

Aperiẽs petrus os ſuũ. Ex actib⁹ apł'orum cap. ij. ſed hec ṽba apẽriẽs petr⁹ ex ſuperioribus ſunt. ⁊ ꝓbat petr⁹ per autoritates ſacre ſcripture qđ ieſus quẽ iudei crucifixerãt eſt meſſias in lege ꝓmiſſus. Iſraelite iudeos alloquit̃ faciẽs illos attentos. Probatũ in vobis. p miracula que in pñtia vr̃a fecit. Per illũ. i. p hoĩe3 xp̃m. Definito cõſilio. i. certa q̃dã dei p̃deſtinatiõe ꝓ mũdi ſalute. Dolorib⁹ iferni. q2 nec ipſe neqꝫ p̃res ſenſerũt dolores cũ ad illos deſcẽdit. Ab eo. i. ab inferno. Dauid em̃ dicit pſal. xv. Ne cõmouear. ne vlla ex parte pturber. Requieſcet in ſpe. ſ. reſurgẽdi. Animã meam. in morte ſeparatã a corpore Sanctũ tuũ. i. corpus ſine anima.

Sabbato in vigilia trinitatis.

Effundam ſpiritũ meum. Ex ioele ꝓpheta capi. ij. In quo poſtea quã ꝓpheta predixit populo bona tẽporalia hic promittit bona ſp̃ualia: qđ eſt cõplet ũ in miſſione ſpiritus ſancti.

& grabatis: ut ueniẽte petro: ſaltẽ umbra illi⁹ obũbraret quemq̃ illorũ: & liberarẽtur oẽs ab oĩbus infirmitatibus ſuis: cõcurrebat aũt & multitudo uicinarum ciuitatũ in ieruſalẽ: afferẽtes ægros & uexatos a ſpiritibus immũdis qui curabãtur oẽs.

Feria. v. Actuum apoſtolorum. Capi. viii.

IN die⁹ illis. Philippus deſcẽdẽs in ciuitatẽ ſamariæ: p̃dicabat illis xp̃m. Intẽdebãt aũt turbe his q̃ philippo dicebãtur unanimiter audientes & uidẽtes ſigna & ꝓdigia q̃ faciebat. Multi em̃ eorũ qui habebãt ſpiritus immũdos: clamantes uoce magna exibãt. Multi aũt paralytici & claudi curati ſunt. Factũ eſt enim gaudiũ magnũ in illa ciuitate.

Feria. vi. Actuum apoſtolorũ. Capi. ii.

IN dieb⁹ illis. Aperiẽs petrus os ſuũ dixit. Viri iſraelitæ audite uerba hæc. Ieſum nazarenum uirũ approbatũ a deo in uobis uirtutib⁹ & ꝓdigiis & ſignis q̃ fecit p illũ de⁹ in medio ueſtri ſicut uos ſcitis: hũc definito cõſilio & p̃ſciẽtia dei traditũ p man⁹ iiquorũ affligẽtes: interemiſtis. Quẽ de⁹ ſuſcitauit ſolutis dolorib⁹ iferni: iuxta qđ ĩpoſſibile erat teneri illũ ab eo. Dauid em̃ dicit in eũ. Prouidebã dñm corã me ſemp: qm̃ a dextris ẽ mihi ne cõmuoear. Propter hoc lætatũ eſt cor meũ: & exultauit lingua mea: inſup & caro mea requieſcet ĩ ſpe. Qm̃ nõ derelinques aĩam meã in inferno: nec dabis ſanctũ tuũ uidere corruptionẽ. Notas mihi feciſti uias uitæ: replebis me iucunditate cum facie tua.

HSabbõ ĩ uigilia pẽteco. Ioel' ꝓphetæ. Ca. ii.
Ec dicit dñs deus. Effundam ſpiritum meũ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Super carnem. ideſt hominem. Filij iuuenes ꝛ ſenes. omnem ętatem ꝛ ſexum deſignat. Somnia. i. reuelationes in ſomnis. Super ſeruos. modo ſint baptizati. Et dabo. hęc ſigna pręcedent iudicium vniuerſale ꝛ quod in ſenſu litterali ſic debeat intelligi: teſtis eſt Petrus Actuum. ij. qui citat hęc verba prophetę.

ſuper oẽm carnẽ & prophetabunt filii ueſtri & filiæ ueſtræ. Senes ueſtri ſomnia ſomniabunt: & iuuenes ueſtri uiſiones uidebunt. Sed & ſuper ſeruos meos & ãcillas meas in diebꝰ illis effundã de ſpiritu meo & propetabunt & dabo prodigia in cœlo ſurſum & ſigna in terra deorſum: ſanguinẽ & ignẽ & uaporẽ fumi. Sol conuertetur in tenebras: & luna in ſanguinem anteqꝫ ueniat dies domini magnus & horribilis. Et erĩ oĩs qcũqꝫ ĩuocauerit nomẽ dñi ſaluꝰ erit.

Leuitici. Cap. xxiii.

IN diebus illis. Locutus eſt dñs ad moyſen dicens. Loquere filiis iſrael: & dices ad eos. Cũ ingreſſi fueritis terram quã ego dabo uobis. & meſſueritis ſegetem: feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis ueſtræ ad ſacerdotem: qui eleuabit faſciculum coram dño: ut acceptabilis ſit ꝓ uobis altera die ſabbati & ſanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipſo die in quo obtuliſtis manipulos primitiarũ ſeptẽ hebdomadas plenas uſqꝫ ad alterã diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ: & ſic offeretis ſacrificiũ nouũ dño: ex oĩbus habitaculis ueſtris Panes primitiarum duos de duabꝰ decimis ſimilæ fermentatæ: quos eleuabit ſacerdos corã dño. Cũqꝫ eleuauerit eos ſacedos cũ panibꝰ primitiarũ coram dño cedet in uſum eiꝰ. Et uocabitis hũc diẽ celeberrimũ atqꝫ ſctiſſimũ. Oĩe opꝰ ſeruile nõ facietis ĩ eo. Legitimũ ſempiternũ erit in cũctis habitaculis & generationibꝰ ueſtris. Dicit dñs oĩpotens.

Deuteronomii. Capi. xvi.

IN diebus illis. Dixit moyſes ad filios iſrael. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea

Alia lectio.

LOcutus eſt dominus ad moyſen dicẽs. ex leuitico capi. xxiij. in quo agitur de oblatione primiciarũ qđ erat in die feſti quinquageſimę. Manipulos ſpicarum. etiã ſi nõdum fuerit metẽdi tempus. Libamenta offerentur. cũ paucis quę ſequuntur: prętermittunt vſqꝫ locum illum numerabitis ergo ab altero die ſabbati in quo celebrabatur paſcha vſqꝫ ad ſeptẽ hebdomadas integras: quibus conficiũtur quinquaginta dies. Sacrificium nouum. ideſt de nouis frugibus. Decimis duabus. illę autem decimę erant partes ephi. ſed amphibologia eſt an qlibet panis haberet duas decimas an ſinguli ſingulas. In vſum eius. ſ. ſacerdotis.

Alia lectio.

DIxit moyſes ad filios iſrael. Septẽ hebdomadas. Ex deuteronomio capi. xvi. et eſt materia eadẽ cũ pręcedẽti lectiõe. Septẽ hebdomadas quę vt ſupra diximus cõficiunt dies quinquaginta: ĩ quoꝝ fine celebrabat feſtũ oblatiõis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In segetē.qn̄ meſſuiſti manipulos primiciarū: ſed mirū eſt qd dicit cum eo tēpore nōdū frumēta ſint matura ad metendū. Epulaberiſ.z addit octo hominū genera: cū quibus epulatur9 eſt. Qd fueris ſeruus. atqꝫ ꝓinde grat9 z memor liberta tis adepte. Solēnitatē tabernaculoꝝ. quę celebrabatur mēſe ſeptēbri z ita colligitur qd hec tria ſunt feſta illoꝝ pręcipua.

die qua falcem in ſegetē miſeris: & celebrabis diē feſtū hebdomadarū dn̄o deo tuo oblationē ſpontaneam manus tuæ: quā offeres iuxta benedictionē dn̄i dei tui & epulaberis coram dn̄o tuo tu & filius tuus & filia tua & ſeru9 tuus & ancilla tua & leuites qui eſt intra portas tuas & aduena & pupillus ac uidua qui morantur uobiſcū in loco quē elegerit dn̄s deus tuus ut habitet nomē ei9 ibi. Et recordaberis qm̄ ſeruus fueris in ægypto: cuſtodieſqꝫ ac facies quæ tibi præcepta ſunt. Solēnitatē quoqꝫ tabernaculorum celebrabis per ſeptem dies quādo collegeris de area et torculari fruges tuas: et epulaberis in feſtiuitate tua tu & filius tuus & filia: et ſeruus tuus & ancilla tua: leuites quoqꝫ & aduena pupillus ac uidua & qui intra portas tuas ſunt ſeptē diebus dn̄o deo tuo feſta celebrabis: in loco quem elegerit dn̄s. Benedicetqꝫ dn̄s deus cūctis frugibus tuis: & in omni opere manuū tuarū: eriſqꝫ in læticia. Dicit dn̄s omnipotēs.

Lectio alia.

Loquere filiis iſrael Si in preceptis. Ex Leuitico capi. xxvi. In quo promittit bona hebreis ſi precepta ſua ſeruauerint et contra mala ſi neglexerint. Temporibus ſuis. quia intempeſtiuę potius nocent: quam proſunt. Tritura vindemiam. quia meſſiū collectio pre multitudine et copia continuabitur vindemię. Abſqꝫ pauore. ab hoſtibus veſtris Pactum meum. quod pepigi cū abraam. Vetuſtiſſima veterum. ideſt fruct9 anni preteriti pertingēs fruct9 futuri. itaqꝫ noui excludent veteres.

Lectio Leuitici. Capl. xxvi.

IN diebus illis. Dixit dominus ad moyſen. Loquere filiis iſrael. Si in præceptis meis ambulaueritis: & mandata mea cuſtodieritis & feceritis ea: dabo uobis pluuias temporibus ſuis: & terra gignet germen ſuum: & pomis arbores replebūtur. Apprehendet meſſium tritura uindemiam: & uindemia occupabit ſementem. Et comedetis panem in ſaturitate: & abſqꝫ pauore habitabitis in terra ueſtra. Dabo pacem in finibus ueſtris: dormietis & non erit qui exterreat. Auferam malas beſtias a uobis: & gladius non tranſibit terminos ueſtros. Perſequamini inimicos ueſtros: & corruent coram uobis. Perſequētur quinqꝫ de ueſtris centum alienos: & centum ex uobis decem milia. Cadēt inimici ueſtri in conſpectu ueſtro gladio. Reſpiciā uos & creſcere faciam. Multiplicamini: & firmabo pactū meum uobiſcum. Et comedetis uetuſtiſſima ueterum: & uetera nouis ſuperuenietibus proiicietis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ponam tabernaculũ in medio ueſtri: & non abiici-
et uos ultra anima mea. Ambulabo inter uos & ero
ueſter deus: uoſq; eritis populus meus. Dicit domi
nus omnipotens.

Lectio Danielis prophetæ. Cap. iii

IN diebus illis: Angelus dñi deſcendit cũ aza-
ria & ſociis eius in fornacem: & excuſſit flam
mam ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis qua-
ſi uentum roris flantẽ. Flamma autẽ diffuſa eſt ſup
fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ & incendit quos
reperit iuxta fornacem de chaldeis miniſtros regis
qui eam incendebant. Et non tetigit eos omnino
ignis nec contriſtauit: nec quicq̃ moleſtiæ intulit.
Tunc hi tres quaſi ex uno ore laudabant et glorifi-
cabant & benedicebãt deũ in fornace dicentes. Be-
nedictus es dñe deus patrum noſtrorũ: & laudabi-
lis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſæcula. Et bene
dictum nomen gloriæ tuæ ſanctum. & ſuperexalta
tum in omnibꝰ ſæculis. Benedictus es dñe in tẽplo
ſancto gloriæ tuæ: & ſuperlaudabilis & ſuperglori-
oſus in ſæcula. Benedictꝰ es in throno regni tui: &
ſuperlaudabilis & ſuperexaltatus in ſæcula. Bene-
dictus q intueris abyſſos: & ſedes ſup cherubin & laudabilis & ſupexalta-
tus in ſæcula. Benedictus es in firmamento cœli: & laudabilis & glorio-
ſus in ſæcula. Benedicite omnia opera dñi dño: benedicite cœli dño. Be-
nedicite angeli dñi dño: hymnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.
Benedicite aquæ oẽs quæ ſuper cœlos ſunt dño: benedicite oẽs uirtutes
dñi dño. Benedicite ſol & luna dño: hymnũ dicite & ſuperexaltate eũ in
ſæcula. Benedicite ſtelle cœli dño: benebicite imber & ros dño. Benedici
te omnis ſpiritus dei dño: hymnũ dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.
Benedicite ignis & eſtus dño: benedicite frigus & eſtas dño. Benedicite
rores & pruina dño: hymnũ dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula. Bene-
dicite glacies & niues dño: benedicite noctes & dies dño. Benedicite tene
bre & lumẽ dño: hymnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedi-
cite frigus & cauma dño: benedicite pruina & niues domino. Benedicite

Tabernaculum meũ. i. ero et habitabo vobiſcũ vt poſſitis me familiari-ter cõſulere.

Lectio alia.

ANgelus domini de-ſcendit. Ex daniele ꝓpheta capi. iij. in quo ponitur liberatio trium pueroꝝ ex fornace ignis ⁊ ipſorum hymnus ex li-beratione. Et ſocij eius. ſciliꝫ anania et miſaele.

Uno ore. ſpiritu ſancto dictante illis verba ⁊ ver-borum modulationem.

Nomen glorię. ſ. tetra-grãmaton. i. quattuor lit-terarum. In tẽplo. ad humanitatem chriſti re-ferri poteſt: in qua deus habitat. In throno. et hoc ad virginẽ deiparã.

Abyſſos. i. ſpiritus dã-natos ⁊ infides angelis.

Firmamento. i. cęlo em-pyreo. cętera patent ad fi-nem vſq;.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fulgura & nubes domino. hymnū dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.
Benedicat terra dominum: benedicite montes & colles domino. Benedi
cite omnia naſcentia terræ dño: hymnum dicite & ſuperexaltate eum in
ſæcula. Benedicite maria & flumina domino: benedicite fontes dño. Be-
nedicite cetæ & oïa que mouentur in aquis dño: hymnum dicite & ſuper-
exaltate eū in ſæcula. Benedicite omnes uolucres cœli domino: benedici
te beſtiæ & uniuerſa pecora domino. Benedicite filii hominū dño: hym-
num dicite & ſuperexaltate eū in ſæcula. Benedicite iſrael dño: benedici-
te ſacerdotes domini domino. Benedicite ſerui domini domino. hym-
num dicite & ſuperexaltate eū in ſæcula. Benedicite ſpiritus & animæ iu-
ſtorum domino: benedicite ſancti & humiles corde domino: hymnum di
cite & ſuperexaltate eū in ſæcula. Benedicite anania azaria miſael domio
hymnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

**Lectio alia.**

Conuenit vniuerſa ciuitas. Ex actibus apoſtolorū cap. xiiij. in quo poſtea quā poſuit apoſtoli pauli prę-
dicationē factā in antio-
chia piſidię. Hoc in loco
ponit cōtradictionē prin
cipū ſynagogę aduerſan
tiū paulo. Uniuerſa ci-
uitas. ſ. antiochenſium.
Repleti zelo. ſ. inuidię.
& nō amoris. Blaſphe-
mantes. i. maledicētes &
detrahētes. Uobis pri-
mum. q2 chriſt9 principa
liter venit propter oues
iſrael. Conuertimur ad
gentes. quarū vocatione
futura plena ē ſcriptura
ſacra. Precepit dñs. cū
dixit eritis mihi teſtes in
ſeruſalē. In lucē gētiū.
Eſaię. xlix. Gauiſi ſunt.
ſ. de ſua cōuerſione & ſalu
te. Pręordinati. ſ. a deo
prędeſtinati. Excuſſo
puluere. ſicut dixerat ſal-
uator Matth. x. Uene-
runt iconiū q̄ eſt ciuitas.
Dñica in trinitate.

Lectio actuum apoſtolorum. Cap. xiii.

IN diebus illis: Cōuenit uniuerſa ciuitas audi
re uerbū domini. Videntes autem turbas iu-
dei repleti ſunt zelo & cōtradicebāt his quæ a pau-
lo dicebantur blaſphemantes. Tunc cōſtanter pau
lus & barnabas dixerunt. Vobis oportebat primū
loqui uerbum dei ſed quoniā repellitis illud & indi
gnos uos iudicaſtis uitæ eternæ: ecce conuertimur
agētes. *Sic em̄ precepit nobis dominus.* Poſui te in
lucē gentiū: ut ſis in ſalutē uſq; ad extremum terræ
Audientes autē gentes gauiſi ſunt: & glorificabant
uerbū domini: & crediderūt quotquot erāt præor
dinati ad uitā eternā. Diſſeminabatur aūt uerbum
domini per uniuerſam iudeā. iudei aūt cōcitauerūt
religioſas mulieres & honeſtas: & primos ciuitatis
& excitauerūt perſecutionē in paulū & barnabā: &
eiecerūt eos de finibus ſuis. At illi excuſſo puluere
pedū in eos: uenerūt iconium. Diſcipuli aūt reple
bantur gaudio & ſpiritu ſancto.

Dñica de trinitate. Apocalipſis. Cap. iiii.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

IN diebus illis. uidi oſtiū apertum in cœlo & uox prima quā audiui tanq̄ tubæ loquentis mecū dicēs. Aſcēde huc & oſtēdā tibi quæ oportet fieri cito. Poſt hæc ſtatim fui in ſpiritu: & ecce ſedes poſita erat in cœlo & ſupra ſedem ſedens. Et qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis. Et iris erat in circuitu ſedis ſimilis uiſioni ſmaragdinæ. Et ī circuitu ſedis ſedilia uigintiquattuor & ſupra thronos uigintiquattuor ſeniores ſedētes circumamicti ueſtimentis albis: & in capitibus eorum coronas aureas. Et de throno ꝓcedebāt fulgura: & uoces & tonitrua. Et ſeptē lampades ardētes ante thronū quæ ſunt ſeptē ſpūs dei. Et in cōſpectu ſedis tāq̄ mare uitreū ſimile criſtallo. Et in medio ſedis & in circuitu ſedis: quattuor aīalia plena oculis ante & retro. Et animal primū ſimile leoni & ſecundum animal ſimile uitulo: & tertium animal habens faciem quaſi hominis & quartum animal ſimile aquile uolanti. Et quattuor animalia & ſingula eorum habebant alas ſenas: & in circuitu & intus plena ſunt oculis. Et requiem non habebant die ac nocte dicētia. Sāctus. Sāctus. Sāctus dn̄s deus ops: q erat: & qui eſt: & q uēturꝰ eſt. Et cū darēt illa aīalia gloriā & honorē & bn̄dictionē ſedenti ſuper thronū uiuēti in ſæcula ſæculorū: ꝓcidebāt uiginti quattuor ſeniores ante ſedē in throno: & adorabāt uiuētem in ſæcula ſæculorum. Amen.

Feria. iiii. Actuū apoſtolorū. Cap. v.

IN diebus illis. Reſpōdens autem petrus & apoſtoli dixerūt ad plebem. Obedire oportet deo: magis quā hominibus Deus patrum noſtrorū ſuſcitauit ieſum: quē uos interemiſtis: ſuſpēdētes ī ligno. Hunc principem & ſaluatorem deus exaltauit dextera ſua: ad dandā penitentiā iſrael & remiſſionē peccatorū. Et nos ſumus teſtes horū uerborū

Uidi oſtiū apertū in celo. Ex apocalypſi cap. iiij. in q̄ ponit reuelatio facta ioāni ijs de rebus q̄ ptinēt ad fidē eccleſie vniuerſalē. & primo deſcribit dei maieſtas reuelātis. Uox quā audiui. hec uox erat āgeli. Que oportet fieri. ex dei ordinatiōe. Hyaſpidis & ſardinis. lapilli ſūt precioſi. Iris. arcus celeſtis. Smaragdine. q̄ eſt vnꝰ ex colorībꝰ iridis. Uigintiquattuor ſeniores. tale cōſortiū ad maieſtatē pſidētis ptinet. De throno ſ. dei. Septē lāpades. & q̄d p illas intelligat ipſe ſubdit qd̄ ſunt ſeptē ſpūs ſcti dona. Mare vitreū. p qd̄ ſignificat ſacrm baptiſmi. Quattuor aīalia p q̄ intelligunt quattuor euāgeliſte. Alas ſenas. ſ. quodlibet aīal alas ſex. Qui erat. p hoc deſignatur dei eternitas. Procidebāt. ſ. adorātes deum viuentē in ſecula ſeculoꝝ idest vitam eternam.

Feria quarta ſequēti.

Reſpōdēs aūt petrus Ex actibꝰ apl̄oꝝ ca. v. in quo poſtea quā Lucas poſuit increpationē apl̄oꝝ q̄ dicebātur cōcitare plebē inducēdo nouā doctrinā. hic pōit rñſum petri & apl̄oꝝ. Exaltauit p reſurrectionē & ad celū aſcēſionē. Penitētiā. ſ. tēpus penitēdi. Sumus teſtes. quia interfuimus.

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

Diſſecabãtur. i. fremebãt. Honorabilis. i. qui habebatur ab omnibus honori. Ad breue. i. tempus. vt in apoſtolorũ abſentia loqueretur. Theodas. cuius rei etiam Joſephus meminit. Eſſe aliquẽ. i. magnũ. perſius ſeſe aliquẽ credens. Occiſus eſt. a fudo. i. ſyriẹ preſide. Judas galileus. alterũ exemplum ad hoc inducit. In diebus profeſſionis. quibus quiſq; ibat in ciuitatem ſuam vt ibi profiteretur nomẽ ſuum ⁊ familię. Et nunc applicat hec exempla ad negotium pręſens hoc. Conſilium hoc. i. doctrina. Diſſoluetur. ſicut horum quos dixi. Conſenſerunt illi. ſcʒ gamalieli. Cęſis. i. verberatis apoſtolis puta pugnis ⁊ alapis. Gaudentes. tam et ſi vulnerati.

In feſto corporis xp̃i.

Ego enim accepi a domino. Ex prima epiſtola pauli ad corinthios cap. xi. in quo poſtea quã apoſtolus oſtẽdit huiꝰ ſacramẽti dignitatẽ A dño. i. dño reuelãte. Jeſus. a q̃ eſt ſacramẽtorũ inſtitutio. Tradebatur a iuda ꝓditore. Fregit. nõ ãte cõſecrationẽ. itaq; per prolepſim hoc dicit. Hoc eſt corpꝰ meũ. Ṽba ſunt cõſecrationis. Nouũ teſtamẽtũ. in quo ꝓmittũtur bona ſpũalia ſi=

& ſpũs ſctũs quem dedit deus oĩbus obedĩctibus ſi
bi. Hæc cum audiſſent diſſecabantur: & cogitabãt
interficere illos. Surgens aũt quidẽ in concilio pha
riſeus noĩe gamaliel legiſdoctor: honorabilis uni=
uerſe plebi: iuſſit foras ad breue homines fieri. di=
xitq; ad illos. Viri iſraelite attẽdite uobis ſuper om
nibus iſtis: quid acturi ſitis. Ante hos enĩ dies exti=
tit theodas: dicens ſe aliquẽ eſſe. Cui conſenſit nu=
merus uirorũ circiter quadringentorum: qui occi=
ſus eſt: & omnes qui credebãt ei diſſipati ſunt: & re
dacti ad nihilum. Poſt hũc extitit iudas galileus in
diebus profeſſionis: & auertit populum poſt ſe: &
ipſe periit: & omnes quotquot conſenſerunt ei diſ
perſi ſunt. Et nũc itaq; dico uobis: diſcedite ab om=
nibus iſtis: & ſinite illos. Quoniã ſi eſt hominibus
conſilium hoc aut opus diſſoluetur. Si uero ex deo
eſt: nõ poteritis diſſoluere: ne forte & deo repugna
re uideamini. Conſenſerunt autem illi: & cõuocan
tes apoſtolos: ceſis denunciauerũt ne omnino loq̃=
rẽtur in noĩe ieſu: & dimiſerunt eos. Et illi quidem
ibant gaudẽtes a conſpectu cõcilii: qm̃ digni habi=
ti ſunt ꝓ noĩe ieſu contumeliã pati. Omni autẽ die
nõ ceſſabant in tẽplo & circa domos docẽtes & euã
gelizantes ieſum xp̃m.

In feſto corporis chriſti. Ad corinthios. i. Ca. ix

FRatres. Ego enim accepi a domĩo: quod & tra
didi uobis. Quoniã dominꝰ ieſus in qua no=
cte tradebatur: accepit panem & gratias agens: fre
git & dixit. Accipite & manducate. Hoc eſt corpus
meum: quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meã
commemorationem. Similiter & calicem poſt quã
cenauit dicens. Hic calix nouum teſtamentum eſt
in meo ſanguine. Hoc facite quotienſcũq; bibetis
in meam commemorationem. Quotienſcunq; enĩ
manducabitis panem hunc: & calicem bibetis mor

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tem dñi annũciabitis donec ueniat. Itaq; quicunq; manducauerit panẽ: & biberit calicem dñi indigne reus erit corporis & ſanguinis dñi. Probet aũt ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat: & de calice bibat. Qui enim mãducat & bibit indigne: iudicium ſibi mãducat & bibit: nõ diiudicãs corpus dñi.

Dñica. i. poſt feſtũ trinitatis. Ioannis. i. Cap. iiii.

CHariſſimi. Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniã filium ſuũ unigenitum miſit deus in mundũ: ut uiuamus per eũ. In hoc eſt charitas non quaſi nos dilexerimus deũ ſed quoniã ipſe prior dilexit nos: & miſit filium ſuum propitiationẽ ꝓ peccatis noſtris. Chariſſimi: ſi dilexit nos deus: & nos debemus alterutrũ diligere. Deũ nemo uidit unq;. Si diligamus inuicẽ deus in nobis manet: & charitas eiꝰ in nobis perfecta eſt In hoc cognoſcimus: qm̃ in eo manemus & ipẽ in nobis: quoniã de ſpiritu ſancto ſuo dedit nobis. Et nos uidimus & teſtificamur: quoniã pater miſit filium ſuum ſaluatorẽ mundi. Quiſquis cõfeſſus fuerit: quoniã ieſus eſt filiꝰ dei: deus in eo manet: & ipſe in deo. Et nos cognouimꝰ & credidimus charitati: quã habet deus in nobis. Deus charitas eſt: & qui manet in charitate ĩ deo manet: & deꝰ in eo. In hoc enim perfecta eſt charitas dei nobiſcum: ut fiduciã habeamus in die iudicii: quia ſicut ille eſt: & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorẽ: quoniã timor pœnam habet. Qui autẽ timet non eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deũ: quoniam ipſe prior dilexit nos. Si quis dixerit qm̃ diligo deũ & fratrẽ ſuũ oderit: mẽdax eſt. Qui eñ nõ diligit fratrem ſuũ quẽ uidet: deũ quem non uidet quõ põt diligere? Et hoc mandatũ habemus a deo: ut qui diligit deũ: diligat & fratrem ſuum.

cut in veteri tempoꝛalia. Annunciabitis repreſentando ipſam per hoc ſacramentum. Donec veniat. ad iudicium vltimum. Itaq;. hoꝛtatur ad hoc ſacramentum digne accipiẽdum. Reus erit. ideſt punietur ac ſi chꝛiſtũ occideret. Probet ſe. ideſt conſcientiam ſuam examinet. Et ſic. ſciꝫ digne accipiendo. Non diiudicans. ideſt diſcernens ab aliis cibis.

Dominica pꝛima poſt trinitatem.

DEus charitas eſt. Ex epiſtola Joannis pꝛima cap. iiii. in quo apoſtolus hoꝛtatur fideles ad charitatem pꝛoximi dicens: quia qui fratrem diligit eſt ex deo et dei filiꝰ. ⁊ qui nõ diligit ⁊c. In hoc dei exemplo idem facit: qui nos dilexit. Uiuamus per eum. vita gratię. Pꝛopiciationẽ. q; ſic fecit nos deo amicos ex inimicis per peccatũ. Nemo vidit. nihilominus tñ in nobis habitat. Uidimus. humanitatẽ xp̃i oculis coꝛpoꝛalibꝰ. Deꝰ in eo manet. ſ. per gratiã. In die iudicii. quia hęc dilectio dat nobis ſecuritatem. Sicut ille eſt. benefaciens in cęlo iuſtis ⁊ iniuſtis ita ⁊ nos debemuſ facere amãdo bonos ⁊ malos amicos et inimicos. Alia patent.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Feria quarta ſequenti.

NOn regnet peccatũ. Ex ep̃la Pauli ad Romanos cap.vi. In quo poſtea quã induxit fideles ad dimittendũ peccatum: hic oſtẽdit dimittẽdi modũ. Ut obediatis. qꝛ qui eſt ſubdit⁹ pc̃tõ trahitur ab appetitu irrationali. Mẽbra veſtra. quę ſunt inſtr̃a bene aut male operandi. Arma iuſticię. i. bonoꝝ operũ inſtr̃a. Nõ dñabit. i. fomes inclinãs ad peccãdũ. Sub lege moſaica. quę gratiam non cõferebat. Peccauimus? q.d. nõ peccauim⁹. An neſcitis. q.d. ſcire debetis. Siue pc̃ti. qꝛ qui facit peccatum ſeruus eſt pc̃ti. In formã doctrinę. ſ. catholicę per chriſtũ & apoſtolos diuulgatę.

Feria ſexta ſequenti.

NOn ceſſo gratias. Ex ep̃la Pauli ad epheſios cap. primo. vbi poſtea q̃ pręmiſit ſalutationem in principio epiſtolarũ dici ſolitam: agit deo gratias de illoꝝ conuerſione ad fidem & mutua charitate. In agnitionem eius. i. vt illum cognoſcatis. Quę ſit ſpes. ideſt credẽtes quid ſperare debeant. Quę diuitię. vnde nobis det pręmia. In nos ad nobis benefaciendũ. In chriſto. i. per chriſtum. Omne nomẽ. vltra quatuor ordines ſpirituum quos nominauit: vſq; ad vltimã hierarchiã. Sub pedibus eius. cum data eſt illi oĩs poteſtas in cęlo & in terra Matthęi vlti. Super eccleſiã. tã militantẽ quã triumphantẽ.

## Feria.iiii.Beati pauli.Ad romanos.Cap.vi.

FRatres.Non regnet peccatũ in ueſtro mortali corpore ut obediatis cõcupiſcentiis ei⁹: ſed nec exhibeatis mẽbra ueſtra arma iniquitatis pc̃tõ ſed exhibete uos deo tanq̃ ex mortuis uiuentes: & mẽbra ueſtra arma iuſticiæ deo. Peccatũ enim uobis nõ dominabitur.Non enĩ ſub lege eſtis ſed ſub gratia.Quid ergo.Peccabimus qm̃ non ſum⁹ ſub lege ſed ſub gratia? Abſit. Neſcitis quoniã exhibuiſtis uos ſeruos ad obediẽdũ:ſerui eſtis eius cui obeditis ſiue peccati ad mortem:ſiue obeditionis ad iuſticiam.Gratias aũt deo q̃ fuiſtis ſerui peccati:obediſtis aũt ex corde in eam formã doctrinæ in quam traditi eſtis.Liberati aũt a pc̃tõ:ſerui autẽ facti eſtis iuſticiæ.Per ieſum xp̃m dñm noſtrum.

## Feria.vi.Pauli ad epheſios.Cap.i.

FRatres.Non ceſſo gratias agẽs pro uobis memoriam ueſtri faciẽs in oratiõib⁹ meis: ut deus pater domini noſtri ieſu xp̃i pater gloriæ det uobis ſpiritum ſapientiæ : & reuelationis in agnitionem eius:illuminatos habere oculos cordis ueſtri: ut ſciatis quæ ſit ſpes uocationis eius : quæ diuitiæ gloriæ hereditatis ei⁹ ſanctis: & quæ ſit ſuperueniens magnitudo uirtutis ei⁹ in nos q credim⁹ ſecundum operationẽ potentiæ uirtutis eius quam operatus eſt in xp̃o ſuſcitans illum a mortuis: & conſtituens eum ad dexteram ſuã in cœleſtibus ſupra omnem principatum & poteſtatem & uirtutẽ & dominationẽ: & oẽ nomen qđ nominatur: non ſolum in hoc ſæculo: ſed etiã in futuro : & omnia ſubiecit ſub pedib⁹ ei⁹: & ipm dedit caput ſupra oẽm eccleſiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Corpus ipſi⁹.ſ.myſticū. Qui oĩa.ordo eſt. Plenitudo ei⁹ adimplet.i.perficitur per eū: qui oĩa in oĩbus operat.i.per chriſtū.

Dñica ſecūda poſt trinitatem.

NOlite mirari ſi odit vos mūdus. Ex epl̄a Joãnis prīa cap.iij. In q̄ poſtea q̄ induxit fideles ad charitatē nūc deterret illos ab odio. Si odit vos.quia opera mūdi maligna ſunt ⁊ ſine charitate. De morte ad vitã.⁊ hoc ꝑ charitatē. In morte.i.in pctõ. Homicida eſt.ſui ⁊ alteri⁹ quē odit.

quí eſt corpus ipſius & plenitudo eius: quí omnia in omnibus adimpletur.

Dñica.ii.Ioannis apoſtoli.i.Cap.iii.

CHariſſimi.Nolite mirari ſi odit uos mundus Nos ſcim⁹ qm̄ tranſlati ſum⁹ de morte ad uitam: qm̄ diligim⁹ fratres. Qui nõ diligit: manet in morte. Oĩs qui odit fratrē ſuū homicida eſt. Et ſcitis qm̄ oĩs homicida: nõ habet uitã æternã in ſe manentem. In hoc cognouim⁹ charitatē dei: qm̄ ille ꝓ nobis aĩm ſuã poſuit: & nos debem⁹ ꝓ fratribus aĩas ponere. Qui habuerit ſubſtãtiã huius mūdi: & uiderit fratrē ſuū neceſſitatē habere: & clauſerit uiſcera ſua ab eo quõ charitas dei manet in eo? Filioli mei nõ diligam⁹ uerbo tm̄ nec lingua: ſed opere & ueritate.

Feria.iiii.Pauli ad coloſſenſes. Ca.iii.

FRatres. Mortificate mẽbra ueſtra q̄ ſūt ſup terrã fornicationē: im̄ūdiciã: libidinē: cõcupiſcētiã malã & auaritiã q̄ eſt ſimulachrorū ſeruit⁹. Propter hæc em̄ uenit ira dei ſup filios incredulitatis in quibus & uos ãbulaſtis aliq̄n cum uiueretis in illis. Nũc aũt deponite & uos oĩa: irã: indignationē: maliciã: blaſphemiã: turpē ſermonē de ore ueſtro. Nolite mentiri inuicē ſpoliantes uos ueterē hoĩem cū actibus ſuis: & induẽtes nouū eū: qui renouatur in agnitionē dei ſecūdū imaginem ei⁹ qui creauit eū ubi nõ eſt maſculus & fœmina: gẽtilis & iudæus: circūciſio & præputiū: barbarus & ſcytha ſeruus & liber. Sed omnia & in omnibus xp̄s.

Vitã.quę confert ꝑ gratiã. Cognouim⁹.ꝑ experiẽtiã. Pro fratrib⁹.ſcʒ corporalē ꝓ ſpūali illoꝝ. Qui habuerit. duos ponit caſus in quo eleemoſyna de neceſſitate facienda eſt: quod ſi nõ fecerit: nõ erit in eo charitas.

Feria quarta ſequẽti.

MOrtificate membra veſtra. Ex epl̄a pauli ad Coloſſenſes.cap.iij. in q̄ apl̄s īducit coloſſenſes ad conſeruãdam vitę ſanctimoniã ꝑ fugã vitiorū. Sup terrã. i.q̄ ſunt ad preſentē vitã ꝑtinẽtia. Idoloꝝ ſeruit⁹. q2 auarus magis colit pecuniã quã deū. Propter quę. ſ.vitia ſupiora. Ira dei i.vĩdicta. Incredulitatis i. qui nõ credūt credẽda. Vos ambulaſtis ante cõuerſionē. Nunc deponite.ſ.vitia ſpūalia. Mẽtiri īuicē.decipiẽtes vos Veterē hoīem.i. vitia illa gẽtilitatis veſtrę ante cõuerſionē. Nouū hominē. qui eſt renouatus per baptiſmū et dei cognitionē. Imaginē ei⁹. i.partem rationalē quę eſt dei imago.nã irrationalis ſimilis eſt beſtijs. Maſculus ⁊ fęmina.quę non eſt diſtinctio ex parte mẽtis: ſed corporis. In oĩbus xp̄s.ſine diſtinctione ſexue ⁊ nationis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Feria ſexta ſequenti.

HEc eſt annunciatio. Ex epiſtola prima Joannnis.capi.pri.in quo poſito proemio accedit ad inſtitutionẽ fidelium ĩs de rebus quę maxime ad fidẽ pertinẽt. Annũciatio.i. euangeliũ. Audiuimus ab.ſ.a verbo incarnato. Lux eſt.Joan.ix. Ego ſum lux muundi. In tenebris.ſ.culpę ⁊ ignorãtię. Mẽtimur.ſ.verbo. Veritatem non facimus.ſcʒ opere. nã veritas etiam in operibus eſt.iiii.Ethic. In luce ambulamꝰ.iuſte viuendo. Societatẽ habemus.ſ.in charitate viuẽtes. Emundat nos per ſacramẽta. Seducimꝰ nos. quia non ſumus in ſocietate cũ deo. Confiteamur.ſ.nos eſſe peccatores. Peccauimus.in pręterito. Mendacẽ eũ facimꝰ. qꝛ ſępe in ſcriptura dicit:quod nemo immunis eſt a culpa.

Feria.vi.Ioannis apoſtoli.i.Cap.i.

CHariſſimi.Hæc eſt annunciatio quam audiuimus ab eo:& annunciauimus uobis : quoniã deus lux eſt:& tenebræ in eo non ſunt ullæ.Si dixerimus quoniam ſocietatẽ habemus cum eo & in tenebris ambulemus:mentimur & non facimus ueritatem.Si autem in luce ambulamꝰ ſicut & ipſe eſt in luce:ſocietatem habemus ad inuicem & ſanguis ieſu filii eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniã peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus:& ueritas in nobis non eſt. Si confiteamur peccata noſtra:fidelis eſt & iuſtus ut remittat nobis peccata noſtra & emundet nos ab iniquitate Si dixerimus qm̃ nõ peccauimus mendacẽ facimꝰ eum:& uerbũ eius in nobis non eſt.

Dominica tertia poſt trinitatem.

HUmiliamini ſub potenti manu dei. Ex ep̃la petri pri.cap.v.in q̃ poſtea q̃ inſtituit ſeniores.hic inſtituit iuniores ſed maxime ad humilitatem ⁊ obediẽtiam. Omnem ſolicitudinẽ. nõ qđ ſint negligentes: ſed qđ a deo ſit omne bonũ putantes. Sobrii. in victu et veſtitu. Circuit. parãs vobis inſidias in quas incidatis. In fide charitate informata. Et fraternitati. i. fratribus veſtris qui ſunt per omnẽ mundum diſperſis : qui eadem patiuntur. Omnis gratię.ſcilʒ largitor. In modicum paſſos.qꝛ pęna tẽporalis breuis eſt.

Dñica.iii.Petri apoſtoli.i.Cap.v.

CHariſſimi. Humiliamini ſub potenti manu dei : ut uos exaltet in tempore uiſitationis. Omnem ſollicitudinem ueſtrã proiicientes in eũ: quoniam ipſi cura eſt de uobis. Sobrii eſtote & uigilate : quia aduerſarius ueſter diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret: cui reſiſtite fortes in fide:ſcientes eandem paſſionem ei q in mundo eſt ueſtræ fraternitatis fieri.Deus autem omnis gratiæ qui uocauit nos in æternam ſuam gloriam in chriſto ieſu modicum paſſos:ipſe perficiet:confirmabit ſolidabitq;.Ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorum.

Feria quarta ſequẽti.

Feria.iiii.Pauli ad coloſſenſes.Cap.iii.

f

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

OMne quodcũq; facitis. Ex epiſtola Pauli ad coloſſenſes capi. iij. quo in loco apoſtolus inducit ad perfectionem operis. In nomine chriſti. omnia in eius gloriam referẽtes. Patri per ipſum. quia mediator eſt inter nos ⁊ deum in omnibus. In domino. ideſt in licitis ⁊ honeſtis nam in turpibus non licet. Amari eſſe. ideſt duri et difficiles. Obedite parentibus, quos debere honorari etiam in preceptis legalibus tradidit. Ut non puſillo animo fiant. ſiue fugam arripientes ſiue nõ potentes vobis obtẽperare propter ſeuiciam veſtram. Ad oculum. ideſt tantum in preſentia ſed etiam in abſentia. Placentes. ideſt vt illis placeant. Timentes dominum. ideſt placentes deo et non hominibus. Ex animo. i. voluntarie ⁊ non coacti.

FRatres omne quodcũq; facitis in uerbo aut in opere: oĩa in noĩe dñi ieſu xpi facite : gratias agẽtes deo & patri ꝑ ipſum. Mulieres ſubditæ eſtote uiris: ſicut oportet ĩ dño. Viri diligite uxores ueſtras: & nolite amari eſſe ad illas. Filii obedite parẽtibus per oĩa: hoc em̃ placitũ eſt in dño. Patres nolite ad ĩdignationem prouocare filios ueſtros: ut nõ puſillo animo fiant. Serui obedite per omnia dñis carnalibus nõ ad oculũ ſeruientes quaſi hoĩbus placentes: ſed in ſimplicitate cordis timẽtes dñm. Qđcunq; facitis ex animo operamini ſicut dño: & nõ hominibus. Scientes ꝙ a dño accipietis retributionẽ hereditatis. Per ieſum xp̃m dñm noſtrum.

Feria. vi. Petri apoſtoli. i. Cap. i.

CHariſſimi. Reportãtes finẽ fidei ueſtræ ſalutẽ aĩarũ. De qua ſalute exquiſierũt atq; ſcrutati ſunt ꝓphetæ: qui de futura in uobis gratia ꝓphetauerunt ſcrutantes quod uel quale tempus ſignificaret in eis ſpũs xp̃i prænuncians eas quæ in xp̃o ſũt paſſiones & poſteriores glorias. Quibus reuelatũ eſt: qui non ſibi metipſis: uobis autem miniſtrabãt ea quæ nunc nunciata ſunt uobis per eos: qui euangelizauerunt uobis ſpiritu ſancto miſſo de cœlo: in quem deſiderant angeli proſpicere. Propter quod ſuccincti lumbos mentis ueſtræ ſobrii: perfecti: ſperate in eam quæ offertur uobis gratiam: in reuelationem ieſu chriſti. Quaſi filii obedientiæ non

Feria ſexta ſequenti.

REportantes finem fidei. Ex epiſtola petri prima capi. pri. pendet autẽ lectio ex ſuperioribus nã dixerat in quẽ nunc quoq; videntes credidis. Credentes autẽ exultabitis leticia inenarrabili ⁊ glorificata. tunc ſequitur reportantes finem fidei. ſcilʒ ſalutem animarum. In quod vel quale. ſcilʒ ſalus illa per chriſtum eſſet ventura. Paſſiones et glorias. vt Eſaie capi. liij. Non ſibimetipſis. ſcilʒ prophetis. Uobis prenunciando que veſtris temporibus erãt futura. Spiritu ſancto. in die pentecoſtes. In quem. ſcilʒ ſpiritum ſanctũ cũ trinitate. Propter quod. ideſt quia eſtis filij dei per adoptionem. Succincti lumbos. ideſt caſto corpore et mente. In reuelationẽ. ideſt per reuelationẽ.



Todo aſta aqui ſon palabras de [illegible]

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cõfigurati.cõformati. Secũdum eũ.ſ.deum. Scriptum eſt.Leuitici.xix. Et ſi patrem inuocatis.i.quia inuocatis. Incolatus veſtri.i.vitę et alludit ad illud pſalmiſtę incolatus meus prolongatus eſt. Dominica quarta poſt trinitatem.

Extimo enim quod nõ ſunt. Ex epiſtola ad Romanos capi. viij. dixit in ſuperioribus: quod per adheſionem ad chriſtum: conſequimur vitam eternam. nunc qualis illa ſit vita oſtendit: ꝛ quantum hac preſtat. Condignę.i.equales. Huius temporis.i.vitę temporalis. Spectatio creaturę.i.hominis. Reuelationem.i.beatitudinem. et hoc per patientiam laborum. Vanitati.i.morti et paſſionibus. Nõ voles.q.d.velit nolit ꝛ hoc per peccatum adam. Propter eum qui.ideſt deum patientes. In ſpe ſciꝫ reſurrectionis. A ſeruitute.i.a mortalitate. Ingemiſcit.eſt in continuo dolore. Et parturit.i.labore ſolui deſiderat. Uſqꝫ adhuc.i.in hac vita. Nos ipſi.ſciꝫ apoſtoli qui primi ſpiritum ſanctũ accepimus. Gemimus.ſ.in tribulationibus. Expectantes adoptionem.i.premium adoptionis noſtrę in filios dei. Et redemptionem.i.liberationẽ a corruptione.

Feria quarta ſequẽti: Sicut per vnius delictũ. Ex epl'a Pauli ad Roma. cap.v.ĩ q̃ apoſtol⁹ cõparat peccatũ ad donũ xp̃i. ꝛ primo quãtũ ad peccatũ adã.deinde quãtũ ad peccatũ in legẽ. Uni⁹ delictũ.ſ.primi parẽtis. Per vni⁹ iuſticiã.i.xp̃i. Inobediẽtiã vni⁹.qui nõ obediuit deo ꝛ preuaricatus eſt. Obeditionẽ vni⁹ i.xp̃i qui factus eſt obediẽs patri vſqꝫ ad mortẽ. Subintrauit.i.ſucceſſit. Ut abũdaret delictum.q: ante legẽ licebat hoc vel illo modo agere. ſed poſt legẽ nõ licet ſine pctõ trãſgredi.

configurati priorib⁹ ignorantiæ ueſtræ deſideriis: ſed ſecundũ eũ qui uocauit uos ſanctũ: ut & ip̃i ſancti in omni conuerſatione ſitis. Quoniã ſcriptũ eſt. Sancti eritis quoniã ego ſanctus ſum. Et ſi patrẽ inuocatis eum qui ſine acceptione perſonarũ iudicat ſecundum uniuſcuiuſqꝫ opus in timore incolat⁹ ueſtri tempore quo conuerſamini.

Dñica.iiii. Pauli ad romanos. Cap.viii.

FRatres. Extimo enim ꝙ nõ ſint cõdignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam q̃ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationẽ filiorũ dei expectat. Vanitati em̃ creatura ſubiecta eſt non uolens: ſed propter eũ qui ſubiecit eã in ſpe. Quia & ip̃a creatura liberabitur a ſeruitute corruptiõis ĩ libertate gloriæ filiorũ dei. Scim⁹ em̃ ꝙ oĩs creatura ĩgemiſcit & parturit uſqꝫ adhuc. Non ſolũ aũt illa: ſed & noſipſi intra nos gemimus adoptionẽ filiorũ dei: expectantes redẽptionẽ corporis noſtri. In ieſu xp̃o dño noſtro.

Feria.iiii. Pauli ad romanos. Cap.v.

FRatres. Sicut per unius delictum omnes homines in condemnationem: ſic & per uni⁹ iuſticiã omnes homines in iuſtificationẽ uitæ. Si em̃ per inobediẽtiã uni⁹ hoĩs pctõres cõſtituti ſũt multi: ita & per unius obedientiã iuſti conſtituũtur multi. Lex autem ſubintrauit ut abundaret delictum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Superabundauit et gratia. per chriſtum. Cetera patent. Feria ſexta ſequenti. PAtientes eſtote. Ex epiſtola Jacobi apoſtoli capi. v. in quo iuſtos conſolatur: ne in tribulationibus deficiant. Ad aduentum domini. cum accipietis laborum veſtrorum mercedem. Ecce agricola. exemplo agricolę expectandum eſſe dicit. Temporaneum. i. ſuo tempore. Et ſerotinum. i. poſtea prouenientem. Appropinquabit. i. prope eſt merces veſtra. Ingemiſcere in alterutrum. i. videntes alterius labores. Non iudicemini. i. condemnemini impatientię. Judex aſſiſtit. i. prope eſt chriſtus qui vos liberabit. Exemplum accipite. ſcꝫ prophetas. Exitus mali. i. mortis quę nō eſt malū culpę ſed penę. Longanimitatis. i. ſpei Beatificamus eos. i. beatos dicimus. Finē eius. quia et ipſe mortē ſubijt.

Vbi autem abundabit delictum ſuperabundabit & gratia. Vt ſicut regnauit peccatū in mortē: ita & gratia regnet per iuſticiam in uitā æternā. Per ieſum xp̄m dominum noſtrum.

Feria. vi. Iacobi apoſtoli. Cap. v.

CHariſſimi. Patiētes eſtote uſqꝫ ad aduētū dn̄i Ecce agricola expectat ſpecioſum fructū terræ: patienter ferens donec accipiat temporaneū & ſerotinum. Patientes eſtote & uos confirmate corda ueſtra: quia aduētus dn̄i appropinquabit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrū: ut nō iudicemini. Ecce iudex ante ianuā aſſiſtit. Exemplū accipite fratres exitus mali & lōganimitatis & laboris & patientiæ prophetas qui locuti ſunt in nomine domini. Ecce beatificamus qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam iob audiſtis & finem eius uidiſtis. Quoniā miſericors eſt deus & miſerator.

Dn̄ica. v. Petri apoſtoli. i. Cap. iii.

CHariſſimi. Oēs unanimes in orōne eſtote cō patiētes cōfraternitatis amatores: miſericordes: modeſti humiles. Nō reddentes malū ꝓ malo: uel maledictū ꝓ maledicto: ſed ecōtrario bn̄dicētes Quia in hoc uocati eſtis: ut benedictionem hereditate poſſideatis. Qui em̄ uult uitā diligere & uidere dies bonos: coerceat linguam ſuam a malo & labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem a malo & faciat bonum: inquirat pacem & ſequatur eā. Quia oculi domini ſuper iuſtos: & aures ei⁹ in preces eorum. Vultus autē dn̄i ſuper faciētes mala. Et qs eſt qui uobis nocceat ſi boni æmulatores fueritis?

Dominica. v. poſt trinitatem.

OMnes vnanimes in oratione. Ex ep̄la petri pri. capi. iij. in q̄ ap̄ls informat fideles ordinādo eos ad proximū. illud vero quod dicit in oratione in clauſula ſuperiori eſt: vbi dicitur: vt nō impediant̄ orationes veſtrę. Compatientes. i. inuicē alter alterum. In hoc. i. adhoc vt bn̄ dicatis etiā maledicentibus vobis. Qui em̄ vult. hoc ſumptū eſt ex pſalmo. xxxiij. Oculi ſup iuſtos. reſpiciens eos fauorabiliter. Aures eius. ſub. paratę ad audiendū. Vultus dn̄i. i. iratus ad illorū punitionē. Emulatores boni. i. virtutis ⁊ bonitatis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sed & ſi quid patimini ꝓpter iuſticiã beati. Timorẽ aũt eorũ ne timueritis: ut nõ cõturbemini. Dñm autem xp̃m ſanctificate in cordibus ueſtris.

Feria.iiii. Pauli ad romanos. Ca.iii.&.iiii.

FRatres. Arbitramur enĩ iuſtificari hoĩem p fidẽ ſine operibus legis. An iudæorũ deus tm̃? Nonne & gentiũ? Immo & gentiũ. Quoniã quidẽ unus deus qui iuſtificat circũciſionẽ ex fide: & p̄putium per fidẽ. Legẽ ergo deſtruimus p fidẽ? Abſit. Sed legem ſtatuimus. Quid ergo dicim⁹ ĩueniſſe abraam patrẽ noſtrũ ſecundũ carnẽ? Si enĩ abraam ex operibus legis iuſtificat⁹ eſt: habet gloriã ſed nõ apud deũ. Quid enĩ ſcriptura dicit. Credidit abraã deo: & reputatum eſt illi ad iuſticiã. Ei aũt qui operatur nõ ĩputatur ſecũdũ gratiã: ſed ſcđm debitũ. Ei aũt qui nõ opatur: credenti aũt in eũ qui iuſtificat impiũ reputatur fides eius ad iuſticiã.

Feria.vi. Lectio malachiæ ꝓphetæ. Cap.iii.

HEc dicit dñs deus. Accedã ad uos in iudicio & ero teſtis uelox: maleficis & adulteris & periuris: & qui calũniãtur mercedem mercẽnarii: & humiliãt uiduas & pupillos: & colaphizant capita populorum: & opprimunt peregrinos: nec timuerũt me dicit dñs exercituũ. Ecce ego mittam uobis heliam prophetam anteꝗ̃ ueniat dies dñi magnus & horribilis. Et cõuertet corda patrũ ad filios: & cor filiorũ ad patres eorũ dicit dñs.

Beati.ſ.eritis. Timorẽ eorũ.i.terrorẽ quo vos tentant a bono depellere. Conturbemini.impatiẽter aduerſa ſuſtinẽdo. Sanctificate dñm.i.firmate. Feria quarta ſequẽti. ARbitramur enĩ iuſtificari. Ex epiſtola pauli ad Romanos cap.iij.⁊.iiij.in quibus comparat legem veterem legi euangelicę. Arbitramur ⁊c.q.d.non quia fides ſine operibus mortua eſt. Deus tãtum.quia eſt etiã gentiũ. Deus eſt.ſ.iudeorũ ⁊ gentiliũ. Circũciſionẽ.i.iudeos. Preputiũ.i.gentiles: et vtroſq; per fidem xp̃i vẽturi aut qui iã venit. Legẽ ſtatuimus.i.cõfirmam⁹ veterem p nouã. Patrem noſtrũ.a quo per carnem iudei deſcẽdebant. Habet gloriã.ſ.apud hoĩes.qđ obediuit deo. Ei qui operat̃.q: illud qđ cõceditur alicui ſicut merces operis tradit̃ p modũ debiti: vita aũt eterna conceditur p viã gratię. igit̃ nõ propter legis opera. Qui nõ operatur.i.legis opera nõ facit.

Feria ſexta ſequenti. ACcedam ad vos in iudicio. Ex malachia propheta cap.iij.in quo propheta ponit xp̃i aduentũ in iudiciũ finale. Teſtis velox.q: breui tẽpore terminabitur. et de quibus ſit ꝓlaturus ſententiã ſubdit: q: de iĩs quę ſunt capitaliora. Mittã heliam. hoc ex capite ſequenti ſumptum eſt. qui ante dñi aduentũ ad hoc in vita reſeruatus predicabit cõtra antichriſtum. Cor patrũ ad filios.i.incredulos reducet ad fidem parentum fidelium. Ne forte veniã.immo ſine forte.qđ eſt frequẽs in ſacris litteris.aut dicit hoc ꝓpter tẽporis incertitudinẽ. Anathemathe.i.eterna ſeparatione.quia vltra terra non inhabitabitur.

## Dominica ſexta poſt trinitatem.

QUicūq; baptizati ſumus. Ex epiſtola pauli ad Romanos capi. vi. quia dixit pauloante quod vbi abūdauit delictū ſuperabūdauit ⁊ gratia diceret quiſpiā ergo perſtādū eſt in pctīs. hūc apoſtolus errorē remouet dicēs. Quicūq; baptizati ⁊c. In morte ipſiꝰ. ex qua baptiſmus habet efficaciā. Cōſepulti. ſed ille ſurrexit ad vitā. ⁊ nobis ſurgēdū eſt a pctīs ad vitę renouationē.

### Dn̄ica. vi. Pauli ad romanos. Cap. vi.

FRatres. Quicūq; baptizati ſumus in xp̄o ieſu in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: ut quomodo xp̄s reſurrexit a mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ābulemus. Sic em̄ complantati facti ſumus ſimilitudinem mortis eiꝰ ſimul & reſurrectionis eius. Hoc ſcientes quia uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt: ut deſtruatur corpus peccati: ut ultra nō ſeruiamꝰ peccato. Qui enim mortuus eſt iuſtificatus eſt a peccato. Si enim mortui ſumus cum chriſto credimus quia etiam ſimul uiuemus cum chriſto. Sciētes q̄ chriſtus reſurgens a mortuis iam non moritur mors illi ultra nō dominabitur. Quod enī mortuus eſt peccato: mortuus eſt ſemel. Quod aūt uiuit: uiuit deo. Ita & uos exſtimate uos mortuos quidē eſſe pct̄ō. uiuētes aūt deo. In xp̄o ieſu dn̄o noſtro.

### Feria. iiii. Pauli ad hebræos. Capi. xii. & . xiii.

FRatres Habemus gratiā per quam ſeruiamus placentes deo: cum metu & reuerētia. Et em̄ deus noſter ignis cōſumens eſt. Charitas fraternitatis maneat in uobis & hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc em̄ placuerūt quidam angelis hoſpitio receptis. Memētote uīctorū tāq; ſimul uincti: & laborātiū tanq; & ipſi in corpe morātes honorabile cōnubiū oībꝰ & torus īmaculatꝰ. Fornicatores em̄

Cōplātati ex mala terra ī bonā. Veterꝰ homo noſter. q̄ ꝑ baptiſmū ſurrexit ī nouū hoīem. Crucifixꝰ eſt. i. mortuus vt ſurgat nouꝰ. Mortuus eſt. ſ. peccato. Juſtificatus eſt. ſ. ꝑ baptiſmum. Mortuus eſt peccato. i. ꝓpter pctm̄ delendū. Semel. q: mors illa fuit ſufficiēs ad delenda oīm pctā. Ita ⁊ vos. ſimilitudinem applicat.

Feria quarta ſequētī.

HAbemus gratiam. Ex epiſtola Pauli ad hebręos cap. xij. ⁊. xiij. ⁊ pēdet lectio ex ſuperioribus itaq; regnū immobile ſuſcipiētes: ſubdit ꝑ quid poſſimꝰ illud acquirere dicēs. Habemꝰ gratiā. i. facile habere poſſumus. Metu ⁊ reuerentia. quę ſunt religionis inſtrumēta. Ignis cōſumens. ſ. malos: purgans vero bonos. Charitas fraternitatis. i. amor fraternus. ⁊ tāgit tria in quibus debet oſtendi charitas vera. quorū primum eſt hoſpitalitas. Angelis hoſpitio reci. vt abraā ⁊ loth. Gene. xviij. ⁊. xix. Memētote vinctorū. i. eorū qui ſunt in catenis vincti qđ eſt ſecūdum. Et laborantium. ſ. in paupertate quod eſt tertium. In corpore morātes: q: indigentia veſtri corporis debet vos mouere de indigētia aliorꝫ. Honorabile connubiū. quoniā eſt libidinis repreſſiuū. Torus immaculatus. i. legitimus.

Ipſe enim dixit Joſue p.i. Dominus mihi adiutor. ex pſalmo. Prepoſitorum. i. prelatorum.

Feria ſexta ſequenti.

Hec ſcribo vobis. Ex epiſtola prima Joannis capi. ij. in quo ex predictis in capite ſuperiori infert intentū. Si quis peccauerit ex humana fragilitate. Juſtū. i. qui pro vere penitētibus interpellat. Propiciatio. nā ſeipſum obtulit ꝑ noſtra expiatione. In hoc ſcimus. ſ. ꝑ experiētiā. Se noſſe deū. argumētū eſt a cōtrario. Jnhoc ſcim⁹. i. ꝑ experientiā cognoſcimus. Et ipſe ambulare. ſ. imitādo illū. Mādatū nouū. ſed antiquū tā ex lege naturali q̄ ex lege diuina in quibus iubemur proximos diligere ſicut nos metipſos. Mandatum nouū. i. in lege euangelica renouatū. Qd eſt verum. i. verificatum. In ipſo. i. xp̄o qui paſſus eſt pro nobis. Et in vobis. quia dixit mandatum nouū do vobis. ꝛc.

Dominica. vij. poſt trinitatem.

Humanū dico ꝓpter infirmitatē. Ex epiſtola pauli ad Romanos cap. vi. i quo poſtea quā induxit romanos ad peccata dimittenda: nūc inducit illos ad bene viuēdū. ꝛ primo ex operis facilitate: et q᷑ pauloante dixerat: liberati a peccato ſerui facti eſtis iuſticie: nūc infert dicēs. Humanū dico. i. nihil difficile precipio: ſed rationi cōſonum. ꝛ quod ab hominis fragilitate pſtari poteſt. qd̄ ꝓbat e diuerſo: q᷑ quēadmodū actiones vicioſe ſunt in poteſtate noſtra ita ꝛ ille q̄ ꝑ virtutē.

& adulteros iudicabit de⁹. Sint mores ſine auaritia contenti præſentibus. Ipſe enim dixit nō te deſerā: nec derelinquā: ita ut cōfidenter dicamus. Dn̄s mihi adiutor eſt: non timebo quid faciat mihi homo. Memētote præpoſitorū ueſtrorū qui uobis locuti ſunt uerbū dei. Quorū intuentes exitū cōuerſationis imitamini fidē. Ieſus xp̄s heri & hodie ip̄e & in ſæcula ſæculorum amen.

Feria. vi. Ioannis apoſtoli. i. Ca. ii.

CHariſſimi. Hæc ſcribo uobis: ut nō peccetis: Sed ſi quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrē ieſum chriſtū iuſtū & ipſe eſt ꝓpiciatio pro peccatis noſtris. Non pro noſtris autem tantū: ſed etiam pro totius mundi. Et in hoc ſcimus quoniam cognouimus eum: ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe eum & mandata eius nō cuſtodit: mendax eſt & in eo ueritas non eſt. Qui autem ſeruat uerbum ei⁹ uere in hoc charitas dei perfecta eſt. In hoc ſcimus quoniam in ipſo ſum⁹. Qui dicit ſe in chriſto manere: debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Chariſſimi: nō mandatum nouū ſcribo uobis: ſed mandatū uetus quod habuiſtis ab initio: mandatū uetus eſt uerbū quod audiſtis. Iterum mandatū nouū ſcribo uobis quod eſt uerū & ī ipſo & in uobis. Quoniam tenebræ tranſierunt & lumen uerum iam lucet.

Dn̄ica. vii. Pauli ad romanos. Cap. vi.

FRatres. Humanum dico propter infirmitatē carnis ueſtræ: ſicut enim exhibuiſtis mēbra ueſtra ſeruire īmūdiciæ & iniquitati ad iniquitatē:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ita nunc. poſt conuerſionem veſtram. In ſanctificationem. i. vſqꝫ ad ſanctitatis conſummationem.

Feria quarta ſequenti.

NIhil nunc damnationis. Ex epiſtola ad Romanos cap. viij. in quo poſtea quam oſtendit ceſſationē legis veteris factam per chriſtum: nunc dicit adherendum eſſe chriſto legis gratię autori. Nihil damnationis. i. nulla damnationis cauſa. Lex ſpiritus. i. ſpiritualis quemadmodū eſt euāgelica. A lege peccati. i. ab obligatione peccati actualis. Et mortis. q2 tollit omnem pęnam debitam pro peccato. Nā quod impoſſibile. declarat modum huius liberationis. Legi veteri. q2 non purgabat a peccatis animę: ſed carnis. Infirmabatur. i. erat imperfecta. Per carnem. quia non mundabat niſi corpus. Similitudinē carnis. quę fuit paſſibilis tamen non peccatrix. De peccato. i. de ſeipſo facto hoſtia pro peccato. Dānauit peccatum. i. deleuit. Prudentia carnis. i. qua quis carnalia quęrit. Mors eſt. i. ad mortem ducit. Prudentia ſpiritus: pax. i. requies.

ite nūc exhibite membra ueſtra ſeruire iuſticiæ in ſanctificationē. Cum enim ſerui eſſetis peccati liberi fuiſtis iuſticiæ. Quē ergo fructū habuiſtis tūc in illis in quibus nūc erubeſcitis? Nā finis illorū mors eſt. Nunc uero liberati a peccato: ſerui aūt facti deo: habetis fructū ueſtrū ī ſanctificationē: finē uero uitam æternā. Stipendia enī peccati mors. Gratia aūt dei uita æterna. In xp̄o ieſu dn̄o noſtro.

Feria. iiii. Pauli ad romanos. Ca. viii.

FRatres. Nihil nūc dānationis eſt his qui ſunt ī xp̄o ieſu: qui nō ſecūdū carnē ambulāt. Lex eñ ſpiritus uitæ in xp̄o ieſu liberauit me a legi peccati & mortis. Nam ꝙ impoſſibile erat lege in quo firmabatur per carnem: deus filiū mittens in ſimilitudinē carnis peccati: & de peccato dānauit pc̄m̄ in carne ut iuſtificatio legis impleretur ī nobis: qui nō ſecūdū carnē ābulam⁹ ſed ſecūdū ſpm̄. Qui enī ſecūdū carnē ſunt q̄ carnis ſunt ſapiunt. Qui uero ſecundū ſpiritū quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Nā prudētia carnis mors eſt. Prudētia aūt ſpūs uita & pax In chriſto ieſu dn̄o noſtro.

Feria. vi. Pauli ad romanos. Cap. viii.

FRatres. Sāpientia carnis inimica eſt deo. Legi enim dei nō ſubiicitur nec poteſt. Qui aūt in carne ſunt: deo placere non poſſunt. Vos aūt ī carne non eſtis: ſed in ſpū: ſi tamen ſpūs dei habitat in uobis. Si quis aūt ſpiritū xp̄i nō habet: hic nō ē ei⁹.

Feria ſexta ſequenti.

SApientia carnis inimica eſt deo. Ex eadem epiſtola ⁊ coniungitur lectio epiſtolę ſuperiori. Sapiētia carnis. ſapientia hic ⁊ prudentia ſuperius improprie accipiuntur. Inimica deo. quia repugnans illius pręceptis. Neqꝫ poteſt. quia nemo poteſt duob⁹ dominis ſeruire. Non eſtis: i. eſſe debetis. Si habitat in vobis. i. cum baptiſmo ſpiritum ſanctum accepiſtis. et cum fide ſpiritum. Non habet. quia perdidit gratiam. Non eſt eius. ſcilꝫ membrum.

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

Mortuum eſt.i.mortis neceſſitati ſubiectum. Quod ſi ſpiritus eius.i.dei. Habitat in vobis perſeuerando in fide ⁊ gratia: qui ſuſcitauit illum etiam ſuſcitabit corpora veſtra, et hoc propter ſpiritũ habitantē in vobis.

Si aũt xp̄s in uobis eſt: corpus quidē mortuũ eſt ꝓpter pc̄m̄ ſpũs uero uiuit ꝓpter iuſtificationē. Q᷑ ſi ſpũs ei⁹ qui ſuſcitauit ieſum a mortuis habitat in uobis: qui ſuſcitarit ieſum xp̄m a mortuis: uiuificabit & mortalia corpora ueſtra propter inhabitantem ſpiritũ eius in uobis.

Dñica.viii.Pauli ad romanos.Ca.viii.

FRatres. Debitores ſumus non carni: ut ſecundum carnem uiuamus. Si enim ſecundũ carnem uixeritis moriemini. Si autē ſpiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Quicunqꝫ enim ſpiritu dei aguntur: hi filii ſunt dei. Nō enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptiōis filiorum: in quo clamam⁹ abba pater. Ipſe enī ſpirit⁹ teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſum⁹ filii dei. Si aũt filii & heredes. Heredes quidē dei: coheredes aũt chriſti.

Feria.iiii.Pauli ad corinthios.i.Ca.i.

FRatres. Non enim miſit me chriſtus baptizare: ſed euangelizare. Non in ſapientia uerbi ut nō euacuetur crux chriſti. Verbum enim crucis pereuntibus quidē ſtultitia eſt: his aũt qui ſalui fiũt .i. nobis uirtus dei eſt. Scriptum eſt enim. Perdam ſapiētiā ſapientiũ & prudētiā prudētiũ reprobabo

Dominica.viij.poſt trinitatem.

DEbitores ſumus non carni. Hec lectio ſuperiori continuatur. ⁊ eſt concluſio pendens ex ſuperioribus et patet lectio. Spiritu dei agũtur. quia nemo venit ad me dicit ſaluator: niſi pater meus traxerit illum. Iterũ in timore. ſicut in veteri lege q̄ fuit lex timoris. Adoptionis filioꝝ ſ.per gratiā. In quo.ſ. ſpiritu. Clamamus.clamare poſſumus. Abba qđ interpretať pater. ſcꝫ quia ſumus adoptionis filij. Spiritus.ſ.ſanct⁹ tertia in diuinis perſona Teſtimonium reddit.ſ. quod ſumus dei filij: per reuelationē apoſtolo factam, atqꝫ etiam alijs cōpluribus. Si filij. conſequēs eſt quod ſi ſumus filij erimus heredes non quaſi fili⁹ naturalis quē cōſtituit heredē vniuerſorum ſed glorie quia adoptiui.

Feria quarta ſequēti.

NOn miſit me chriſtos baptizare. Ex prima epiſtola ad Corinthios cap.pri. Apoſtolus in ſuperiori parte dixit ſe paucos admodum baptizaſſe. cuius rationem nunc reddit: ꝙ non tam ad baptizandum quā ad docendum miſſus eſt quod eſt maioris officij: tametſi ad vtrūqꝫ miſſi ſunt apoſtoli. In ſapientia verbi.i.mundana que verbis exquiſitis peragiť. Euacuetur crux xp̄i.i.fides paſſionis ei⁹. que videť gētibus ſtulticia: qꝛ nō argumētis ſed fide cōtinetur. Verbũ crucis.i.predicatio paſſionis. Pereũtibus.i.infidelibus. Virtus dei eſt. qꝛ per crucē diabolus deuict⁹ eſt. Scriptũ eſt. Eſaie.xxix. Sapiētiam. ingenio humano adinuentā de rebus diuinis. ſicut prudentiam que eſt de agibilibus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ubi ſapiens.q.d.nuſquā eſt in rebus ab homine adinuentis. Ubi ſcriba.i.legis peritus. Inquiſitor ſeculi.i.rerum ſecularium. Huius mundi.q.d.immo fecit. In dei ſapientia.i. cognitione creaturarū que ſunt dei ſpeculū. Mūdus.i.mūdi ſapiētes. Per ſtulticiā pre-dicationis.i.quā iſti putabāt ſtulticiā. Signa petunt.qualia fuerūt cū illis traderetur lex. Sapientiā non diuinā ſed qualē ipſi inuenerūt. Judeis ſcandalū.i.offendiculū. Stulticiam. opinione ipſorū.

Vbi ſapiens: ubi ſcriba: ubi inquiſitor huius ſæculi? Nonne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mūdi? Nam quia in dei ſapientia non cognouit mundus per ſapiētiam deum: placuit deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credētes. Quoniā & iudæi ſigna petunt: & græci ſapientiam quærūt. Nos autem predicamus chriſtum crucifixum: iudæis quidem ſcandalum: gentibus autē ſtulticiam. Ipſis autem uocatis iudæis atq; græcis: chriſtum dei uirtutem & dei ſapiētiam. Quia quod ſtultum eſt dei ſapiētius eſt hominibus. Et quod infirmū eſt dei fortius eſt hominibus.

Feria.vi. Pauli ad corinthios..i.Ca.i.

FRatres. Videte uocationem ueſtram: quia nō multi ſapientes ſecundum carnem: non multi potentes: non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus ut confundat ſapientes. Et infirma mundi elegit deus ut confundat fortia. Et ignobilia mūdi et contemptibilia elegit deus: & ea quæ non ſunt: ut ea quæ ſunt deſtrueret: ut non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ex ipſo autem uos eſtis in chriſto ieſu uocati: qui factus eſt ſapientia nobis a deo: & iuſticia et ſanctificatio & redemptio: ut quemadmodum ſcriptum eſt: qui gloriatur in domino glorietur.

Dñica.ix. Beati pauli ad corinthios.i.Ca.x.

FRatres. Nō ſimꝰ cōcupiſcētes malorum: ſicut

Uocatis. i.electis tā ex iudeis q̄ gētilibus. Dei virtutē.ſ.eſſe chriſtum.

Feria ſexta ſequenti.

VIdete vocationem. Ex pria epl'a pauli ad corinthios cap.pri. et cōtinuatur principiū huius lectionis cū fine precedentis. vbi oſtendit q' modus docēdi per ſapiētiam verborum non conuenit fidei catholice.

Uocationē.i.modū vocationis. Sapiētes.potentes nobiles.ſed illiterati. ⁊ pauperes ⁊ ruſtici. Stulta mundi.i.quos mundus ſtultos putat. Infirma mundi.i.que mundus putat infirma. Fortia.i.qui putantur fortes. Ea que nō ſunt. ideſt que ab his putantur nullius eſſe momenti. Ea que ſunt.i.exiſtimantur eſſe magna. Nō omnis caro. ideſt nullus homo. ex modo loquendi apud hebreos. Ex ipſo. i.ex ipſius virtute. Sapiētia.ſ.noſtra. ſcʒ chriſtus. Scriptū eſt Jeremie cap.ix. Qui gloriatur.⁊c.

Dominica nona poſt trinitatem.

NOn ſimus cōcupiſcētes. Ex epl'a prima ad corinthios cap.x. ⁊ pēdet lectio ex ſuperioribus dixerat nāq;. Hec autē in figura facta ſunt noſtri ⁊ tunc infert; vt nō ſimus concu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

piſcētes malorū: ſicut illi fuerūt. ſ. hebrei: poſt tot beneficia a deo accepta. Idololatrę. vt hebrei fuerūt circa latione legis. Scriptū eſt. Exo. xxxii. Surrexerūt. ludere in vituli cultu. Fornicati ſunt. cū feminis ex madian. vt habet Numeri. xxv. a ſerpētibus. vt ſcribit Numeri. xxi. Sicut quidā eorū murmurauerūt. vt patet in plurib⁹ ſcripturę locis. Ab exterminatore. ſ. angelo antea ꝙ ingrederētur terrā promiſſionis. In quos fines deuenerūt. i. ſum⁹ in vltima mundi ętate.

Stare. ſcꝫ in deo. Ne cadat ex tentatione. Niſi humana. ideſt que non poteſt omnino ab homine euitari. Id quod poteſtis. ſubaudi vincere. Prouentum. i. meriti augmētum et fructum ex tentatione.

& illi cōcupierunt. Nec idololatræ efficiamini ſicut quidam ex ipſis queadmodū ſcriptū eſt. Sedit populus manducare & bibere: & ſurrexerunt ludere. Nec fornicemur ſicut quidā ex ipſis fornicati ſunt: & ceciderūt una die uiginti tria milia. Nec tētemus xp̄m: ſicut quidam eorum tentauerunt: & a ſerpentibus perierunt. Nec murmuraueritis: ſicut quidā eorum murmurauerunt & perierunt ab exterminatore. Hæc autē omnia in figura contingebant illis. Scripta ſunt autem ad correctionem noſtrā in quos fines ſæculorum deuenerunt. Itaqꝫ qui ſe exiſtimat ſtare: uideat ne cadat. Tentatio uos non apprehendat niſi humana. Fidelis aūt deus ē: qui nō patietur uos tentari ſup id qđ poteſtis. Sed faciet cū tētatiōe etiā prouentū ut poſſitis ſuſtinere.

Feria quarta ſequēti.

Non omnis caro. ex pria ad corinthios epiſtola capi. xv. in quo apoſtolus diſputat de reſurrectione mortuorum in propriam cuiuſqꝫ animam et corpus. et pendet lectio ex fine ſuperioris lectionis. dixit autē deus dat vnicuiqꝫ ſeminum proprium corpus. et tunc infert. Non omnis caro eadem caro. q2 ſunt diuerſarum ſpecierum ſicut et ipſa animalia. Celeſtia. que conueniunt in corporalitate ſaltem. Celeſtium gloria. ideſt pulchritudo. Si reſurrectio. non eſt omnino ſimile. quia in reſurrectione erit identitas numeralis. in his autem non eſt huiuſmodi idētitas. Seminatur ponit differentias inter corpora mortuorū et reſurgentium. Si eſt corpus animale. ideſt quia eſt. Scriptū eſt. Geñ. ii.

Feria. iiii. Pauli ad corinth. i. Cap. xv.

FRatres. Non omnis caro eadem caro: ſed alia hoīm alia pecorum. Alia uolucrum alia piſcium. & corpora cœleſtia & corpora terreſtria. Sed alia quidem cœleſtium gloria: alia autem terreſtriū. Alia claritas ſolis: alia claritas lunæ: & alia claritas ſtellarum. Stella enim a ſtella differt in claritate. Sic & reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: ſurget in incorruptiōe. Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate: ſurget in uirtute. Seminatur corpus animale: ſurget ſpirituale. Si eſt corpus animale: eſt & ſpirituale: ſicut ſcriptum ē. Factus eſt primus homo adam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In animā viuentē.i.vitā animalē. Spiritū viuificantē.i.alios. Sed nō prius.ſicut patet de cain ⁊ abel.de iſmaele ⁊ iſaac.de iacob ⁊ eſau. Feria ſexta ſequenti.

SIcut in adam oēs moriunt̄.Ex eadē epl̄a ⁊ capite.⁊ q꞉ paulo ante dixit: qđ ſi chriſt⁹ reſurrexit: ⁊ mortui reſurgēt: ſic infert ſicut in adā ⁊c. In ſuo ordine.q꞉ primus fuit chriſtus tēpore ⁊ dignitate, reliqui oēs ſimul tēpore: ſed dignitate differenter. Qui ſunt xpi.i.

in aīam uiuentē: nouiſſimus adā in ſpiritū uiuificā
tem. Sed nō prius quod ſpirituale eſt ſed quod ani-
male: deinde quod ſpirituale. In xpo ieſu domino
noſtro. Feria.vi.Pauli ad corinth.Cap.xv.

FRatres. Sicut in adam omnes moriuntur: ita & in chriſto omnes uiuificabuntur. Vnuſquiſꝙ autē in ſuo ordine primitiæ chriſtus. Deinde hi qui ſunt chriſti: qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis cum tradiderit regnum deo & patri: cum euacuauerit omnem principatū & poteſtatē & dominationē & uirtutem. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Cum aūt dicat omnia ſubiecta ſunt ei: ſine dubio præter eum qui ſubiecit ei omnia. Omnia em̄ ſubiecit ſub pedibus eius. Nouiſſime autem inimica deſtruetur mors Cum autem ſubiecta illi fuerint omnia: tunc et ipſe filius ſubiectus erit illi: qui ſibi ſubiecit omnia: ut ſit deus omnia in oībus. In xpo ieſu domino noſtro.

Dñica.x.Pauli ad corinthios.i.Ca.xii.

FRatres. Scitis quoniam cum gentes eſſetis ad ſimulacra muta: prout ducebamini euntes. Ideo notum uobis facio: ꝙ nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathema ieſu. Et nemo pōt dicere dñs ieſus niſi in ſpū ſctō. Diuiſiones uero gratiarū ſunt idē aūt ſpūs. Et diuiſiōes miniſtrationū ſunt idē autē dñs. Et diuiſiones operationū ſunt idē uero de⁹

ipſi⁹ mēbra. Deinde.i. poſt reſurrectionē. Regnū deo. i.fideles quib⁹ prefuit in hac vita. Euacuauerit. q꞉ remanebunt ordines angeloꝝ ſꝫ indiſtincti. Oportet regnare. ex pſal. cix. Donec ponat. i.non ſolū vſqꝫ ad inimicoꝝ ſubiectionē ſed ex modo loquendi ſacre ſcripture deinceps multo magis. Sub pedib⁹ ei⁹.ex pſalmo.viij. Deſtruet̄ mors. q꞉ reſtat vita immortalis. Qui ſubiecit ei oīa.q꞉ chriſt⁹ qua homo eſt patri ſubijcit̄.

Oīa in oībus.i.qđ poteſtas et dignitas oībus inſit a deo.

Dominica.x.poſt trinitatem.

SCitis quoniam cum gētes eſſetis.Ex prima ad corinthios epiſtola.capi.xij.in quo diſputat de gratia que continetur in ſacramentis: dicēs de ſpiritualib⁹.ideſt gratijs nolo vos ignorare.

Gētes eſſetis.ideſt more gentilico viueretis.

Prout ducebamini.in greco quo pacto ducebamini ſeducti. Anathema ieſum. blaſphemando illius nomen: quod gentiles faciebant. Dominus ieſus.confitendo illum dominum ⁊ ſaluatorē. Idem ſpiritus. quia in deo coniuncte in fidelibus diuiſe. Idem dominus. cui omnia miniſtrant.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ad vtilitatē.ſ.eccleſię.manifeſtando euāgelium.ꝛ proſequitur alia ſpiritus ſancti dona.ſ. Sermonē ſciētię:fidē:gratiā:ſanitatū ꝛ reliqua. Feria quarta ſequenti.

Scimus qm̄ ſi terreſtris. Ex ſecūda ad corinthios ep̄la capi.v.in quo apoſtolus cōmenda t miniſteriū noui teſtamenti ex premio fidei. Terreſtris domus.i.corpus terrenum moriatur. Habem⁹ domū.perſtat in trāſlatione. Nō manu factā.ſ.corpus gloriſficatum qḋ eſt immortale. Ingemiſcim⁹ cupiētes. qḋ alibi dixit.cupio diſſolui et eſſe cum chriſto. Veſtiti.ſcꝫ corpore hoc mortali. Et non nudi.i.ſpoliati eo.quia cupim⁹ immortalitatem et nolumus perdere hāc mortalitatē.ſed niſi granū frumēti cadens ꝛc. Ingemiſcimus.de diſſolutione corporis ꝛ aīę. Mortalitas a vita.ſ.per gloriā ſupueniētē. In hoc ip̄m ſ.vt habeam⁹ vtrūqꝫ appetitū. Pignus ſp̄us.i.gratiā: vt ſpiritualē illā vitā appetam⁹. Audientes ꝛ ſciētes.i.q̄ꝛ hoc ſcimus audemus. Per fidē.parētheſis eſt. Per ſpeciem.videntes rem ſicuti eſt. Audemus inquam peregrinari a corpore.ſub quam a domino. Placere illi.quomodocūqꝫ velimus nolimus. Oēs enī.neceſſitatem ponit reſurrectionis. Timorē dn̄i.i.timēdum eſſe. Manifeſti ſumus.q̄ꝛ ſcrutans corda. In cōſciētijs veſtris.i.cuius vos conſcij eſtis.

qui operatur omnia ī oībus. Vnicuiqꝫ autem datur
manifeſtatio ſpiritus ad utilitatē. Alii quidem per
ſpiritum datur ſermo ſapiētiæ. Alii aūt ſermo ſcien
tiæ ſecundum eundem ſpiritū. Alteri fides in eodē
ſpiritu. Alii gratia ſanitatū in uno ſpiritu. Alii ope-
ratio uirtutum. Alii prophetia. Alii diſcretio ſpiri-
tuum. Alii genera linguarū. Alii interpretatio ſer
monū. Hæc aūt oīa operatur unus atqꝫ idē ſpiritus
diuidens ſingulis prout uult.

Feria.iiii. Pauli ad corinthios.ii. Ca.v.

FRatres. Scimus qm̄ ſi terreſtris domus noſtra
hui⁹ habitationis diſſoluatur: q̄ ædificationē
ex deo habem⁹ domū nō manufactā: ſed æternā in
cœlis. Nam & in hoc ingemiſcimus habitationem
noſtram quæ de cœlo eſt ſuperindui cupientes: ſi tn̄
ueſtiti & non nudi inueniamur. Nam & qui ſumus
in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati: eo q̄ no
lumus ſpoliari: ſed ſuperueſtiri ut abſorbeatur qḋ
mortale eſt a uita. Qui autē effecit nos in hoc ip-
ſum deus: qui dedit nobis pignus ſpiritus. Audien
tes igitur ſemper & ſcientes: qm̄ dū ſum⁹ in hoc cor
pore peregrinamur a dn̄o. Per fidem enī ambula
mus & nō per ſpeciē. Audemus aūt & bonā uolūta-
tē habem⁹ magis peregrinari a corpore & præſen
tes eſſe ad dn̄m. Et ideo contendim⁹ ſiue abſentes:
ſiue præſentes placere illi. Omnes enī nos manife
ſtari oportet aā tribunal xp̄i ut referat unuſquiſqꝫ
ꝓpria corporis prout geſſit ſiue bonū ſiue malum.
Sciētes ergo timorē dn̄i: hoībus ſuadem⁹: deo aūt
manifeſti ſum⁹. Spero aūt & in cōſciētiis ueſtris ma
nifeſtos nos eſſe. Per ieſum dn̄m noſtrum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Feria ſexta ſequenti.

Spe em̄ ſalui facti ſumus. Ex epiſtola ad Romanos capi. viij. vbi apoſtolus incepit exhortari ad patientiā ꝛ tolerantiā paſſionū. ad quā maxime cōfert ſpes. Ideo ſubdit ſpe ſalui facti ſumus. Spes quę videtur. quia non videmus deū clare: ſed ſumus in expectatione vidēdi: ſed cū videm⁹ iā nō eſt ſpes. Per patiētiā. q̄ eſt cōiūcta ſpei. Spūs adiuuat. dirigēdo nos ad xp̄m. Sicut oportet. i. vt cōueniēs eſt ad ſalutē. Poſtulat ꝓ nobis. i. poſtulare nos facit. Quid deſideret ſpūs. de angelo cuiq; noſtrum attributo quidam intelligunt.

Feria.vi.Beati pauli ad Romanos.Capi.viii.

FRatres. Spe enim ſalui facti ſum⁹. Spes autem quæ uidetur non eſt ſpes. Nam quod uidet quis: quid ſperat? Si autem quod nō uidemus ſperamus per patiētiam expectamus. Similiter autem et ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus. Sed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibns inenarrabilis quæ uerbis exprimi non poſſunt. Qui autem ſcrutatur corda: ſcit quid deſideret ſpiritus: quia ſecundum deum poſtulat pro ſanctis.

Dñica.xi. beati Pauli ad Corinthios.i.Ca.xv.

FRatres. Notum uobis facio euangelium quod prædicaui uobis: quod et accepiſtis in quo & ſtatiſs per quod et ſaluamini: qua ratione prædicauerim uobis ſi tenetis niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim uobis imprimis: qđ et accepi: quoniā chriſt⁹ mortuus eſt ꝓ pctīs noſtris ſecundū ſcripturas. Et quia ſepultus eſt: & quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas uiſus eſt cephæ: & poſt hæc undecim. Deinde uiſus eſt pluſq̄ quingētis fratribus ſimul ex quibus multi manent uſq; adhuc: quidam autem dormierunt. Deinde uiſus eſt iacobo. Deinde apoſtolis omnib⁹ Nouiſſime autem omnium tanquam abortiuo uiſus eſt mihi. Ego enim ſum minimus apoſtolorum qui non ſum dignus uocari apoſtolus: qm̄ perſecutus ſum eccleſiā dei. Gratia autē dei ſum id qđ ſum: et gratia eius in me uacua non fuit.

Feria.iiii. Beati pauli ad corinthios. Ca.i.vi.

Dominica.xi. poſt trinitatem.

Notū vobis facio. ex epl'a ad Corinthios pri. capi. xv. in quo agit de reſurrectione mortuorū. ꝛ imprimis cōmēdat euāgeliū excellentiā. In quo ſtatis. erecti ꝛ nō iacētes. Qua ratione. qꝛ non humana: ſed diuina Fruſtra. i. ſine effectu. Quod accepi. ſ. a deo. Secūdū ſcripturas. ſ. ꝓphetarū de illo. Cephę i. petro qꝛ ſyriſce dict⁹ eſt cephas. grece Xo ꝛ latine petr⁹. de q̄ viſu Lucę vlti. Undecim. Joannis. xx. Quingētis. in galilęa. Math. vlti. Jacobo. de hoc nō legit apud euāgeliſtas. Apoſtolis oībus in die aſcēſionis. Mihi tāq̄ abortiuo. i. poſt aſcēſionē vocato. de q̄ Actuū ix. Uocari apoſtolus. ſ3 quidquid ſum gratia dei ſum. quia ex me perſecutor tantum. Uacua nō fuit. i. ſine operibus.

Feria quarta ſequēti.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Neſcitis qm̃ corpora veſtra. Ex prima ad corinthios ep̃la cap. vi. in quo agitur de affinitate corporis humani ad corpus xp̃i. ꝛ hoc per baptiſmũ ꝛ fidẽ. Mẽbra xp̃i. ſ. ſubtrahendo me ab ipſo. Meretricis. per carnis libidinẽ. Meretrici nõ legitime vxori. Inquit ſcriptura Gen. ii. In carne vna ꝓprie autẽ cũ vxore: cũ meretrice aũt quodã modo. Unus ſpiritus eſt ſecũdũ amorẽ. Fugite fornicationẽ. de qua victoria in ſola fuga eſt. Extra corpus eſt. q2 maculãt ſolam animã. In corpus ſuũ. q2 tam corpus quã aiam coinquinat. Templum ſpirit⁹ ſancti. per fidem ꝛ baptiſmũ. Nõ eſtis veſtri. i. proprij iuris ſicut membrũ non eſt ſui iuris ſed toti⁹ corporis eſt magis quam ſuum.

Feria ſexta ſequenti.

SCripſi vobis in ep̃la Ex prima ap̃li ep̃la ad corinthios cap. partim quinto partim ſexto. ꝛ q2 fortaſſe in alia quadam epiſtola ſcripſerat: ne cõmiſcerẽtur fornicarijs ꝛ illi putabant quod intelligeret paulus de fornicatione ſpirituali hoc eſt idolatria: nunc dicit illud intelligẽdum eſſe de oibus crimĩnoſis. Fornicarij huius mundi. i. peccatorib⁹ in rebus mũdanis. Rapacibus. ſcʒ alieni inuaſorib⁹. Mũdo exiſſe. i. mori potius q̃ talia feciſſe. Non cõmiſceri. aliquo modo et numerat cum quibus nõ Qui foris ſunt. i. infidelibus: qui non ſunt in foro eccleſię. Iudicatis. i. iudicare debetis. Auferte malum. i. malos homines. Negociũ. i. litẽ. q. d. nõ bene facitis ſi illũ cõuenitis apud iudices iniquos ꝛ nõ poti⁹ apud iuſtos. Sancti iudicabũt. i. erũt vẽturo iudici aſſeſſores. iuxta illud Matth. xix. ſedebitis ſup ſedes iudicãtes.

FRatres. Neſcitis quoniã corpora ueſtra membra chriſti ſunt. Tollẽs ergo membra chriſti: faciã mẽbra meretricis? Abſit. An neſcitis qm̃ qui adhæret meretrici: unum corpus efficitur? Erũt inquit duo in carne una. Qui autẽ adhæret domino: unus ſpiritus eſt. Fugite fornicationem. Omne em̃ peccatũ quodcunq; fecerit homo: extra corpus eſt. Qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat. An neſcitis qm̃ mẽbra ueſtra templũ ſunt ſpiritus ſancti qui in uobis eſt quem habetis a deo: & non eſtis ueſtri. Empti enim eſtis precio magno. glorificate et portate deum in corpore ueſtro.

Feria. vi. Pauli ad corinthios. i. Capi. v. & vi.

FRatres. Scripſi uobis in epiſtola ne cõmiſceamini fornicariis. Non utiq; fornicariis huius mundi: aut auaris: aut rapacibus: aut idolis ſeruientibus alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe: Nũc autẽ ſcripſi uobis non cõmiſceri. Si is qui frater inter uos nominatur eſt fornicator: auarus: aut idolis ſeruiens: aut maledicus: aut ebrioſus: aut rapax: cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Quid em̃ mihi de his qui foris ſunt iudicare? Nonne de his qui intus ſunt iudicatis? Nam eos qui foris ſunt: deus iudicabit. Auferte malum ex uobis ipſis. Audet aliquis ueſtrum habens negocium aduerſus alterum iudicari apud iniquos & non apud ſanctos. An neſcitis quoniã ſancti de hoc mũdo iudicabũt?

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In vobis.i.per vos in die iudicij. De minimis.i.his paruis mūdi rebus. Angelos.qui ceciderūt cū lucifero. Contemptibiles.i.minoris eſtimationis: q2 tales ſunt prudētiores in agibilibus: ſapiētiores ad maiora ſeruate. Dico.ſ.hoc quod ſequitur.ſ.quod ſunt inter vos lites. Iudicia inter vos.nō ſequētes pręceptū euangelicū. Iniuriā.q2 deterius eſt iniuriā facere q̄ pati: vt inquit plato.

Et ſi in uobis iudicabitur mūdus: indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Neſcitis q̄m angelos iudicabimus: quāto magis ſæcularia? Sæcularia igitur iudicia ſi habueritis cōtēptibiles qui ſunt ī eccleſia: illos cōſtituite ad iudicādū. Ad uerecūdiam ueſtrā dico. Sic nō eſt inter uos ſapiēs quiſq̄ qui poſſit iudicare inter fratrē ſuū: ſed frater cū fratre iudicio cōtēdit: & hoc apud infideles. Iā quidē oīno delictū eſt in uobis q̄ iudicia habetis. Quare non magis iniuriā accipitis? Quare non magis fraudē patimini? Sed uos iniuriā facitis & fraudatis: & hoc fratribus.

Dn̄ica.xii. Pauli ad Corinthios.ii. Capi.iii.

FRatres. Fiduciā talē habem⁹ per xp̄m ad deū nō q̄ ſufficiētes ſimus aliq̄d cogitare a nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficiētia nr̄a ex deo eſt. Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtī: non littera ſed ſpiritu. Littera em̄ occidit: ſpirit⁹ aūt uiuificat. Quod ſi miniſtratio mortis lr̄is deformata in lapidib⁹ fuit in gloria: ita ut non poſſent intēdere filii iſrael ī faciē moyſi ꝓpter gloriā uultus ei⁹ q̄ euacuatur: quomodo nō magis miniſtratio ſpūs erit ī gloria? Nā ſi miniſtratio donationis eſt in gloria: multo magis abundat miniſterium iuſticiæ in gloria.

Feria.iiii. Pauli ad corinthios.ii. Capi.iiii.

FRatres. Nō prædicamus nos metipſos ſed ieſum xp̄m dn̄m noſtrū. Nos autem ſeruos ueſtros per ieſum. Quoniā deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere ipſe illuxit in cordibus noſtris

Dominica.xij.poſt trinitatem.

FIduciā talem habemus. Ex ep̄la ſecunda ad corinthios cap.iij. in quo poſtea quā oſtendit ſe nō egere hominum cōmēdatione: nunc dicit oīa deo accepta eſſe referēda. Cogitare qđ minus eſt q̄ dicere. A nobis. ſcilꝫ quaſi ex nobis. Nō littera.ſicut hebręis Sed ſpū.ſ.infuſo.quo lex euangelica conſtat. Miniſtratio mortis.cuiuſmodi erat veteris legis. In lapidib⁹.i.tabulis lapideis. Fuit ī gloria.i.glorioſa. Faciem moyſi.q̄ erat cornuta vt legit̄ Exodi.xxxiiij. Euacuatur.ſ.p euāgelicā legē. Nō magis.q.d.multo magis erit in gloria. Dānationis.quę inducebatur per legē moyſi. Miniſteriū iuſticię.qđ eſt in lege euangelica.

Feria quarta ſequēti.

NOn pr̄dicam⁹ nos metipſos. Ex epiſtola pauli ſecūda ad corinthios.capi.iiij. in quo q2 ſuperius vocauit euangelium ſuum ⁊ hic vocat euangelium chriſti: putaret aliquis eſſe duo euangelia: ideo dicit. Non predicamus.ſcilꝫ tanq̄ autores euangelij. Seruos veſtros.ſcilꝫ adminiſtrando vobis doctrinam chriſti. Qui dixit.ideſt dicendo fecit Geñ.pri. Illuxit.i.lucē ſpiritualem infudit.

Ad illuminationē ſciētię. i. ad manifeſtationē noticię diuinę. In faciē ieſu chriſti. meli9 in gręco in perſona ieſu xp̄i. Theſaurū iſtū. i. illuminationē dei. In vaſis fictilib9. i. in hoc corpore mortali. Sublimitas. i. hoc magnū qđ facimus. Nō anguſtiamur. i. defatigamur Aporiamur. i. indigemus: quia gręci aporia eſt indigentia. Non derelinquimur. ſ. a deo. Deiicimur. ſ. in periculū. Mortificationē ieſu. i. cōpaſſionē. Manifeſtet. ſ. in die iudicij.

Feria ſexta ſequenti.

SEmp nos q̄ viuim9. Ex eadē ep̄la ⁊ capite et cōtinuatur lectio cū fine ſuperioris epiſtolę: ⁊ eſt eadem ep̄lę ſentētia. Ergo mors. ſ. xp̄i animādo nos ad tolerādos labores. Vita. ſ. xp̄i cōferendo ſpem reſurrectionis. Habētes. ordo eſt nos credimus ⁊ loquimur habētes ⁊c. Scriptū eſt. pſalmo. cxv. Omnia ꝓpter vos. ſubaudi facim9 et patimur. Vt gratia abundans. ſ. a nobis in vos. Per multos. qui ex noſtro opere agāt deo gratias. Nō deficimus. ſcꝫ in ſuſtinendis laboribus. Qui foris eſt. i. homo carnalis. Qui intus eſt. i. ſpiritualis. In pręſenti. ſ. corpore ſubiecto corruptioni. Pondus ęternū. i. rē magnam hoc eſt gloriam ęternam.

Dominica. xiij. poſt trinitatem.

ABrahę dicte ſunt promiſſiones. Ex epiſtola Pauli ad Galatas capi. iij. in quo declaratur quod hereditas ęterna non datur per legem moyſi ſed per chriſti fidē. Semini ei9. quę implete ſunt in xp̄o: ideo dicit ſemini ⁊ non ſeminibus.

ad illuminationē ſciētiæ charitatis dei in faciē xp̄i ieſu. Habemus aūt theſaurū iſtū in uaſis fictilib9 ut ſublimitas ſit uirtutis dei & nō ex nobis. In oīb9 tribulationē patimur: ſed nō āguſtiamur. Aporiamur ſed nō deſtituimur. Perſecutionē patimur: ſed non derelinquimur. Deiicimur: ſed nō perimus. Sēper mortificationē ieſu ī corpore noſtro circūferētes: ut uita ieſu in corporib9 noſtris manifeſtetur.

Feria. vi. Pauli ad corinthios. ii. Ca. iiii.

FRatres. Semper nos qui uiuim9 ꝓpter ieſum in mortē tradimur: ut & uita ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Ergo mors in nobis operatur: uita aūt in nobis. Habētes aūt ſpm̄ fidei ſicut ſcriptū eſt. Credidi ꝓpter quod locutus ſum: & nos credimus propter quod loquimur. Sciētes qm̄ qui ſuſcitauit ieſum: & nos cū ieſu ſuſcitabit & cōſtituet uobiſcum. Omnia em̄ propter uos: ut gratia abundans per multos gratiarū actione abundet in gloriam dei. Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur: tamen is q intus eſt renouatur de die in diē. Id enim quod in præſenti eſt momentaneū & leue tribulationis noſtræ: ſupra modū in ſublimitate æternū gloriæ pōdus operatur in nobis. Nō cōtemplantib9 nobis q̄ uidētur: ſed q̄ nō uidētur. Quæ uidentur tēporalia ſunt: quæ aūt nō uidentur æterna ſunt.

Dn̄ica. xiii. Pauli ad galatas. Cap. iii.

FRatres. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius. Non dicit ex ſeminibus quaſi ī multis: ſed quaſi in uno: & ſemini tuo qui eſt chriſtus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hoc teſtamentũ.i.promiſſiones per modum teſtamẽti. Que.ſ.lex.⁊ eſt ordo que lex facta eſt.⁊c. Non irritũ facit.i.nõ tollit ꝓmiſſionẽ abraç factã. Ex lege hereditas.ſubaudi datur Nõ ex promiſſione.ſed datur ex ꝓmiſſione ergo non ex lege. Quid igitur lex? ſubaudi ali quis diceret quid profuit? Propter tranſgreſſionem.i.punitionem delictorum. Semen.i. chriſtus de ſemine abraç. Cui promiſerat.i.in quo erat promiſſio complenda. Per an-gelos. quia lex non fuit data a deo moyſi niſi per angelũ. vt habet Actuũ vij. In manu mediato-ris. i.in poteſtate chriſti ad mutandum eam pro voluntate ſua. Unius. ſed duorum. ſ. dei et ho-minum. Uiuificare. i. vitã eternã dare. Scri-ptura.i.lex moyſi.

Hoc autem dico teſtamentũ confirmatum a domi-no: quæ poſt quadringẽtos & triginta annos facta eſt lex: non irritũ facit ad euacuandam promiſſio-nẽ. Nam ſi ex lege hereditas: iam nõ ex promiſſio ne. Abraæ autẽ per repromiſſionem donauit de⁹. Quid ergo? Lex propter trangreſſionẽ poſita eſt donec ueniret ſemen cui promiſerat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autẽ uni⁹ non eſt: deus autẽ unus eſt. Lex ergo aduerſus pro miſſa dei? Abſit. Si enĩ data eſſet lex q̃ poſſet uiui ficare: uere ex lege eſſet iuſticia. Sed concluſit ſcri ptura omnia ſub peccato: ut promiſſio ex fide ieſu chriſti daretur credentibus.

Feria.iiii. Pauli ad romanos. Capi.vii.

FRatres. Mortificati eſtis legi per corpus xp̃i ut ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit: ut fructificetis deo. Cũ enim eſſemus in carne paſſio nes peccatorũ quæ per legem erant operabãtur in membris noſtris: ut fructificaret morti. Nunc autẽ ſoluti ſumus a lege mortis in qua detinebamur: ita ut ſeruiamus in nouitate ſpũs: et non in uetuſtate litteræ. Quid ergo dicim⁹? Lex peccatũ eſt. Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi per legen. Nã cõ-cupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret: non con-cupiſces. Occaſione autem accepta: peccatum per mandatũ operatũ eſt in me omnẽ concupiſcentiã. Sine lege enim peccatũ mortuũ erat. Ego aũt uiue bã ſine lege aliqñ: ſed cũ ueniſſet mandatũ: pecca-tũ reuixit. Ego autẽ mortu⁹ ſum: & inuentũ eſt mi hi mandatũ quod erat ad uitã hoc eſſe ad mortem.

Feria quarta ſequẽ:f.

MOrtificati eſtis le-gi. Ex epiſtola ad romanos cap.vij. in quo agitur de legis moſaice ceſſatione per aduẽtum legis euangelice. Mor tificati legi. ſcʒ moſaice.

Sitis alterius. ideſt eiuſdem chriſti. Fructi ficetis. opera noue legis faciẽdo. Eſſemus in car ne.ante conuerſionem.

Morti. i.opera morte digna. Nunc autẽ ſub lege euangelica. Lex peccatum eſt? i.nunquid infertur ex verbis noſtris quia fuit peccandi occa-ſio. Peccatum non co gnoui.ſcilʒ eſſe malum.

Neſciebã. ſubaudi pec catum eſſe. Non con-cupiſces.Exod.xx. Oc-caſione. itaqꝫ nõ fuit lex peccatũ ſed occaſio pec-candi. Omnẽ cõcupiſcẽ tiam. i. augmentauit in me incentuum peccandi.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nam peccatum.i.concupiſcentia. Occaſione accepta.per legem vt dictū eſt. Seduxit trahendo me ad peccato conſentiendum. Occidit me.ſ. inducendo ad opus. Quod bonum eſt.ſ.in ſe. Factum eſt mors.i. mortis cauſa. ſed non idcirco malum. ideo dicit abſit. Peccatum.i.concupiſcentia. Vt appareat peccatum.i.mala. Per bonum.i.per legem. quę diſtinguit malū a bono. Operatum eſt mihi in mortem.i.induxit me ad peccatū.

Nam peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me: & per illud occidit. Itaq; lex quidem ſancta & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum. Quod ergo bonum eſt mihi factū eſt mors? Abſit Sed peccatum ut appareat peccatum per bonū operatum eſt mihi in mortem.

Feria. vi. Pauli ad romanos. Ca. vii.

FRatres. Scimus qa lex ſpiritualis eſt. Ego aūt carnalis ſum uenundatus ſub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim ꝙ uolo bonum hoc ago: ſedꝙ odio malum illud facio. Si autē ꝙ uolo illud facio conſentio legi quoniā bona eſt. Nunc autem iam non operor illud: ſed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me: hoc eſt in carne mea bonum. Nam uelle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Non enim ꝙ uolo bonū hoc facio: ſed ꝙ nolo malum hoc ago. Si autem ꝙ nolo illud facio: iam nō ego operor illud: ſed qđ habitat in me peccatū. Inuenio legem uolēti mihi facere bonum: quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliā legem in membris meis repugnantem legi mētis meæ: et captiuātem me in lege peccati: quæ eſt in membris meis. Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei Per ieſum chriſtum dominum noſtrum.

Feria ſexta ſequenti.

SCimus quia lex. Ex eadem epiſtola ꝛ capite ad Romanos. ꝛ cōtinuatur lectioni pręcedentis epiſtolę. vbi apoſtolus probat quod dixit per teſtimoniū legis naturalis. Lex ſpiritualis i.ordinās ad rationis inſtinctum. Ego carnalis i.ſequens appetitum irrationalem. Venundatus ſ.a primo parēte. Quod operor. ſ. per appetitum nō intelligo ꝑ rationē q̄ ignorat oīs flagitioſus quę operat̃. Quod volo. per rationem. Hoc ago. appetitu obſtante. Quod odi. ſ. per rationem. Conſentio legi. in quantum nolo. repugno autem in quantū facio. Non operor. ſ. quod dicat ratio. Peccatū.i. peccati concupiſcentia. Habitat bonū.i.inclinatio ad bonum. Velle adiacet. i. volitio boni ꝑ rationem. Nō inuenio impediēte appetitu. Inuenio legem mihi. ſ. volēti facere bonū rationi cōſonam. Malum.i.inclinatio ad pecatum. Condelector legi. i.conſentio per rationem. Aliam legem.i.inclinationem ad malum. Legi mentis. ſ. naturalem quę inducit ab bonnm. Mortis huius. non dicit ſimpliciter de corpore; ſed addit mortis alioqui corporis immortalitas appetibilis eſt. Gratia dei.ſ.liberabit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dominica.xiiij.poſt trinitatem.

S Piritu ambulate. Ex epiſtola Pauli ad galatas cap.v. quia ſuperius dixit non eſſe viuendum ſecundū carnem: ſed ſecundum ſpiritum: nunc infert Spiritu ambulate ꝛc. Caro aduerſus ſpiritū. vnde cōflatur bellū illud plus quā ciuile. Queçūqꝫ vultis. per rationem. Faciatis. obſtante appetitu. Sub lege. i. ſeruituti legali ſubiecti. Manifeſta. qꝛ ſunt ſenſibilia. Prędico vobis. antea quā veniat dei iudicium: qꝛ tunc nō erit penitentię locus.

Dominica.xiiii. Pauli ad galatas. Capi.v.

FRatres: Spiritu ambulate & deſideria carnis non perficietis. Caro enim cōcupiſcit aduerſus ſpiritū: ſpiritus autem aduerſus carnē. Hæc em̄ ſibi inuicem aduerſantur: ut non quecunqꝫ uultis illa faciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege. Manifeſta autē ſunt opera carnis. Quæ ſunt fornicationes: immunditiæ: impudicitiæ: lūxuriæ idolorum ſeruitus. Veneficia: inimicitiæ: contentiones: æmulationes: iræ: rixæ; diſſenſiōes: ſectæ: inuidiæ: homicidia; ebrietates: cōmeſſationes & his ſimilia q̄ prædico uobis ſicut prædixi. Quoniā qui talia agunt: regnū dei non conſequuntur. Fructus aūt ſpiritus eſt: charitas: gaudiū: pax: patientia: longanimitas: bonitas: benignitas: manſuetudo: fides: modeſtia: cōtinentia: caſtitas. Aduerſus huiuſmodi nō eſt lex. Qui autem ſunt xp̄i carnem ſuā crucifixerūt cū uitiis & cōcupiſcētiis.

Feria.iiii. Pauli ad corinthios.ii. Capi.vi.

FRatres: Nolite iugū ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſticiæ cū iniqtate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras. Quæ autem cōuentio xp̄i ad belial? Aut quæ pars fidei cū infideli. Qui autē conſenſus tēplo dei cū idolis? Vos enim eſtis tēplum dei uiui: ſicut dicit de⁹. Q̄m̄ in habitabo ī illis: & inambulabo inter eos: & ero illorū de⁹ & ipſi erūt mihi popul⁹. Propter ꝙ exite de medio

Fructus autē. enumeratis multis peccatorum generib⁹: enumerat opera ſpiritus. Aduerſus huiuſmodi. imo hęc omnia legi cōſentiūt. Qui ſunt chriſti. ſ. imitatores. Crucifixerūt carnem. i. in his concupiſcentię vitia mortua ſunt cū carne.

Feria quarta ſequēti.

N Olite iugum ducere. Ex epiſtola ad corinthios ſecūda capi.vi. in quo apoſtolus hortatur corinthios vt deuitēt infideliū conſuetudinem Iugum ducere. i. coniugari ꝛ eſt ſumptū a bob⁹ iugo ſubditis. Quę participatio. antitheton eſt i. contrapoſitum: opponuntur nāqꝫ iuſticia iniquitati. lux tenebris. chriſtus belial. fidelis infideli. tēplum idolis. Templum dei. ideſt in quibus deus inhabitat. Sicut dicit deus. Leuitici xxvi. ponam tabernaculum meum in medio veſtri pro quo apoſtolus dicit hic inhabitabo in illis. Propter quod. i. quia ita eſt. Dicit dn̄s. Eſaię.lij. Exite de medio. tria tangit in hac admonitione. Primū qđ eorū peccata deſeramus. ſecundū vt peccatorum occaſionē fugiamus, tertium ne diſſimulemus eorum mala; ſed potius reprehēdamus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Has promiſſiones. hoc iam ex capi. vij. eſt. hortaturq; corinthios ad mundationē peccatorum tam ſpiritualiū quā corporalium.

Feria ſexta ſequenti.

NEſcitis quia iniqui. Ex epiſtola ad corinthios prima cap. vi. ⁊ cōtinuatur epiſtolę ſuperiori quę legebatur feria ſexta poſt dominicam. xi. poſt trinitatē. vbi dixit quare nō magis fraudē patimini. ⁊ tūc infert. An neſcitis quia iniqui. q. d. videtur quod neſciatis. Nolite errare. duos errores remouet. prior eſt: quod credebāt per fidem ⁊ baptiſmum etiā ſine operibus pctā deleri. Molles. libidinis molliciem exercētes. Martialis. forſitā ⁊ poſſet vincere mollis otho. Fuiſtis hec. i. his vitijs detenti. Omnia licent. i. poſſum facere modo non ſit contra legem Non oīa expediūt i. ſunt vtilia ad finem cōſequendū. vt licet vxorē ducere: ſ; alicui nō eſt vtile. vt philoſopho. Sub nullius poteſtate. vt ſim puta ſub imperio vxoris. exemplū eſt a ſimili de vētre ⁊ eſca. qꝛ licet comedere ſed nō expedit aliquādo. Deſtruet. poſt corporum reſurrectionē quando erit vēter ſed non erit illius vſus. Corpus domino. ſ. ordinatur. Dñs corpori. qꝛ ſuſcitabit ab illo. Dñm ſuſcitauit. ſ. chriſtū atq; ex cōſequenti nos quoq; ſuſcitabit.

Dominica. xv. poſt trinitatem.

SI ſpiritu viuimus. Ex epiſtola pauli ad galatas cap. vi. niſi quod premittitur clauſula ex fine capitis ſuperioris: quę etiā pēdebat ex epiſtola quę legebatur in dominica pręcedenti vnde inferebatur quod hic legimus. Si ſpiritu ⁊c. Inuicē prouocantes. ſ. ad rixam ⁊ contētiones. Preoccupatꝰ. ab aliqua paſſione carnali. Qui ſpūales eſtis. i. liberi a tali paſſiōe.

eorum: & ſeparamini dicit dñs. Et immundū ne tetigeritis: & ego recipiā uos. Et ero uobis in patrē: & uos eritis mihi ī filios & filias dicit dñs omnipotēs. Has igitur promiſſiones habētes chariſſimi mūdemus nos ab omni iniquinamēto carnis & ſpiritus: perficientes ſanctificationem in timore dei. Per ieſum chriſtum dominum noſtrum.

Feria. vi. Pauli ad corinthios. i. Capi. vi.

FRatres. Neſcitis quia iniqui regnū dei nō poſſidebūt. Nolite errare nec fornicari: nec idolis ſeruiētes. Nec adulteri: nec molles: nec maſculorū concubitores: nec fures: nec auari: nec ebrioſi: nec maledici: nec rapaces regnū dei poſſidebūt. Et hæc aliqñ quidē fuiſtis: ſed abluti eſtis ſed ſanctificati eſtis ſed iuſtificati eſtis in noīe dñi nr̃i ieſu xp̄i: & in ſpū dei nr̃i. Oīa mihi licēt ſed nō oīa expediūt. Oīa mihi licēt ſed ego ſub nulliꝰ redigar ptāte. Eſca uētri. & uēter eſcis. Deꝰ aūt & hūc & hāc deſtruet. Corpus autem nō fornicationi ſed dño & dñs corpori Deus uero & dñm ſuſcitauit: & nos ſuſcitabit: per uirtutem ſuam.

Dñica. xv. Pauli ad galatas. Capi. vi.

FRatres: Si ſpiritu uiuimus: ſpū & ambulemꝰ. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi: inuicē ꝓuocantes inuicē inuidētes. Fratres: & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos qui ſpiritales eſtis: huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Conſiderans te.ex plurali facit tranſitũ ad ſingularẽ. Sed potius ita diſtingue vt hec verba iungenda ſint inferioribus. Alter alterius.pro inuicẽ. Se eſſe aliquid.i.per ſe ſufficiẽtem ſine alterius adiutorio. Se ſeducit.i.decipitur falſa de ſe opinione. In ſemetipſo.i.non pẽdebit ex alteri' iudicio ſed cõſciẽtia ſua teſte viuet. Onus ſuũ.i.penã ſui peccati.eſt quale illud Vergilij quiſque ſuos patimur manes. Qui cathezizatur.i.inſtituitr ad fidem.

Conſiderans teipſum ne & tu tenteris. Alter alteri' onera portate: & ſic adimplebitis legẽ xpi. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cũ nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Opus autẽ ſuum probet unuſquiſq3: & ſic in ſemetipſo tantũ gloriam habebit & non in altero. Vnuſquiſq3 enĩ onus ſuũ portabit. Cõ municet aũt his q cathezizatur uerbo ei qui ſe cathezizat in oĩbus bonis. Nollite errare: deus nõ irridetur. Quæ enĩ ſeminauerit homo: hæc & metet. Quoniã qui ſeminat ĩ carne ſua: de carne & metet corruptionẽ. Qui autẽ ſeminat in ſpiritu: de ſpiritu & metet uitam æternã. Bonũ autẽ faciẽtes non deficiamus: tẽpore enim ſuo metemus: non deficientes. Ergo dũ tempus habemus operemur bonũ ad omnes: maxime autem ad domeſticos fidei.

Feria.iiii. Pauli ad timotheum. Capi.vi.

CHariſſime: Quicunq3 ſunt ſub iugo ſerui: dominos ſuos omni honore dignos arbitrẽtur ne nomẽ dñi & doctrina blaſphemetur. Qui autẽ fideles habent dominos nõ contẽnant: quia fratres ſunt ſed magis ſeruiant: quia fideles ſunt & dilecti: quia benefici participes ſunt: hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet & non acquieſcit ſanis ſermonibus dñi noſtri ieſu chriſti: & ei que ſecundũ pietatẽ eſt doctrinæ: ſuperbus nihil ſciẽs ſed languens circa q̃ſtiones & pugnas uerborũ: ex quibus oriuntur inuidiæ: cõtentiones: blaſphemiæ: ſuſpitiones: male cõflictationes hominũ mente corruptorũ: et q̃a ueritate priuati ſunt: exiſtimantiũ q̃ſtũ eſſe pietatẽ. Eſt aũt q̃ſtus magnus pietas cũ ſufficientia.

In bonis.ꝛ non imitemur illũ in malis. Errore.ſ.circa hoc. Nõ irridetur. idest nõ decipitur. Quę ſeminauerit.i.ſecũdũ opera ſua mercedẽ recipiet. Cetera patent.

Feria quarta ſequẽti. Quicũq3 ſunt ſub iugo. Ex epła pria ad timotheũ capi.vi. in quo apoſtolus inducit timotheũ ad ea facienda q̃ ad põtificẽ pertinẽt. Dños ſuos. etiam infideles. vt paulinus eps nolẽſis qui ſeruiũt infideli dño pro filio cuiuſdam viduę.

Blaſphemet a dño infideli. Fratres ſunt. in xpo ſub eadẽ fide. Beneficij.i. baptiſmi eiuſdẽ. Si quis aliter.ſ.ꝙ eſt a me dictũ. Secundũ pietatẽ.i. religionẽ chriſtianam. Superbus.ſubaudi eſt talis. i. inobediens. Nihil ſciens.i.ignarus. Et languẽs.i.ſtupidus: ꝛ inſenſatus. Conflictationes.controuerſię. A veritate priuati.ſ.vite: iuſticię ꝛ doctrinę. Pietatẽ.i.religionis predicationem faciẽdã eſſe propter lucrũ. Queſtus magn'.i.ſatis magnũ lucrũ predicatori. Pietas.i.pietatis exercitatio cũ ſufficiẽtia rerũ neceſſariarũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Feria ſexta ſequenti.

CHariſſime. Fidelis ſermo. Nam ſi cõmortui ſumus: et conuiuemus. Si ſuſtinebimus: et cõregnabimus. Si negauerimus: et ille negabit nos. Si nõ credimus. ille fidelis permanet: negare ſeipſũ non poteſt. Hæc cõmone teſtificans coram deo. Noli uerbis contendere. Ad nihilum enim utile eſt niſi ad ſubuerſionem audientium. Solicite cura autẽ teipſum probabilem exhibere deo operariũ inconfuſibilẽ: recte tractantẽ uerbum ueritatis. Profana autem et inaniloquia deuita: multa proficiũt ad impietatem. et ſermo eorũ ut cancer ſerpit. Ex quibꝰ eſt hymeneus & philetus: qui a ueritate exciderunt dicẽtes reſurrectionẽ iam factã et ſubuerterũt quorundã fidẽ. Sed firmũ fundamentũ dei ſtat: habens ſignaculũ hoc. Cognouit dñs qui ſunt eius. Et diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomẽ dñi. In magna autẽ domo nõ ſolũ ſunt uaſa aurea et argentea: ſed etiam lignea & fictilia. Et quædam quidem in honorẽ quædã in contumeliã. Si quis ergo mundauerit ſe ab iſtis: erit uas in honorẽ ſanctificatum & utile dño ad omne opus bonum paratum.

Feria. vi. Pauli. ad philippenſes. Ca. iii.

FRẽs. Imitatores mei eſtote & obſeruate eos qui ita ambulant. &c. ut ſupra.

Dñica. xxiiii. Pauli ad coloſſenſes. Ca. i.

FRatres. Non ceſſamus pro uobis orãtes & poſtulãtes: ut impleamini agnitione uoluntatis dei omni ſapiẽtia & ĩtellectu ſpiritali: ut ambuletis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In ſcientia dei per contemplationem. In omni virtute. ſcilȝ morali quantum ad appetitum. Confortati. ſ. per gratiam. Longanimitate. i. tolerantes mala ex ſpe certa.

Feria quarta ſequenti.

Videte itaqȝ ex epiſtola ad Hebreos partim. iij. partim. iiij. capitibus: ⁊ quia ex pſalmo paulus adduxerat illud. Quadraginta annis proximus fui generationi huic ⁊c. nunc ſubdit. Videte fratres ne ſit in vobis cor malũ. i. volũtas mala. Adhortamini vos met. cõſcientias veſtras examinãdo. Donec hodie cognominatur. In greco ꝓ donec eſt dũ. ⁊ hodie dicitur totum tẽpus ab aduẽtu xp̃i primo ad ſecũdum. Ut nõ obduretis. alludit ad illud qđ in eodẽ pſalmo dicitur nolite obdurare corda veſtra. Initium ſubſtantię. i. fidei quę eſt ſubſtãtia rerũ ſperãdarũ. infra. cap. xi. ideo ſubdit Hodie. vt ſupra expoſitũ eſt. i. tẽpore gratię. In illa exacerbatiõe de qua in eodem pſalmo. Quidam. non tamen omnes. ſed illi qui volebãt reuerti in egyptum. Quibus infenſus eſt? quaſi dicat illis tantũ qui audiẽtes verba exploratorũ volebant retrocedere. Proſtrata ſunt. i. in penã ſuę rebellionis. quoniam nõ introierũt in terrã a deo promiſſam. Increduli. i. qui deo per moyſen nõ crediderũt. Relicta pollicitatione. i. pdicta dei promiſſione. Nobis nũciatum eſt. ſcȝ de requie ęterna: ſicut illis de tẽporali. Non admixtus fidei. q2 nõ crediderũt: queadmodũ dixit. ſ. ecõtrario ſi introibunt.

digne deo per oĩa placẽtes. In oĩ opere bono fructificãtes & creſcẽtes in ſciẽtia dei. In oĩ uirtute cõfortari ſcd͂m potentiã claritatis eius: in oĩ patientia & longanimitate cũ gaudio. In chriſto ieſu dño nr̃o.

Feria. iiii. Pauli ad hebræos. Ca. iii. & iiii.

FRatres. Videte itaqȝ ne forte ſit in aliquo urm̃ cor malũ incredulitatis diſcedẽdi a deo uiuo: ſed abhortamini uos metipſos per ſingulos dies: donec hodie cognominetur: ut nõ obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Participes enĩ xp̃i effecti ſumus ſi tamẽ initiũ ſubſtantiæ eius: uſqȝ ad finẽ firmũ retineam⁹ dũ dicitur. Hodie ſi uocẽ eius audieritis: nolite obdurare corda ur̃a: queadmodũ in illa exacerbatione. Quidã enim audientes exacerbauerunt: ſed non uniuerſi qui profecti ſunt ab ægypto per moyſen. Quibus autẽ infenſus eſt quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt quorũ cadauera proſtrata ſunt in deſerto? Quibus autem iurauit non introire in requiẽ ipſius niſi illis qui increduli fuerunt: & uidemus quia non potuerũt introire propter incredulitatẽ. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiẽ eius exiſtimatur aliquis ex uobis deeſſe. Etenim et nobis nũciatũ eſt queadmodũ et illis. Sed nõ profuit illis ſermo auditus nõ admixtus fidei ex his qui audierunt. Ingrediemur enim in requiẽ qui credidimus in dominum ieſum chriſtum.

Dñica. xxv. Lectio hiere. prophe. Ca. xxiii.

Dominica. xxv. poſt trinitatem.

Ecce dies veniūt dicit dñs. ⁊ ſuſcitabo dauid ⁊c. Ex Jeremia ꝓpheta capi.xxiij. in quo deſcribit cōiunctio dei veri ⁊ hominis cui⁹ vera humanitas oſtēditur cū dicit. Dauid germen iuſtum. i. propagatū ex illius ſemine. Regnabit regno nō de hoc mūdo ſed de quo Matthei vlti. Data eſt mihi poteſtas in cęlo ⁊ in terra. Saluabitur iuda. i. omnis qui deū cōfitetur, nā iuda cōfeſſio interpretatur. Iſrael qđ interpretatur viſio dei. qđ potius ad eccleſiā triumphantem pertinet.

Juſtus noſter. i. iuſtificās noſter. qꝛ dei propriū eſt iuſtificare. Qui eduxit filios iſrael. q.d. beneficiū illū antiquū de liberatione ex egypto oblitterabitur et frequētabitur memoria recētioris beneficij. hoc eſt de reſtitutione regni iſrael. de quo dicitur in pſalmo diſperſionis iſraelis cōgregabis.

De terra aquilonis. i. a ſeptētrione et ab oībus alijs mundi partibus: qꝛ gentium vocatio ad oēs pertinet. Jn terra ſua. i. in eccleſia militāte primum. ⁊ poſtea in triumphante.

Feria quarta ſequēti.

Gratias agere debemus deo ſemper. ex epiſtola ad theſſalonicenſes ſecūda capi. pri. quo in loco reddit illos beniuolos: cū dicit ſe deo gratias agere qđ illoꝝ fides creſcat. Jta vt dignū eſt ſubaudi fieri. Jn vos glorienur. i. de vobis.

Jn eccleſijs dei. proponendo vos alijs in exemplum. Jn exemplum iuſti iudicij dei. i. per hoc ſenſibiliter apparebit iudicium dei eſſe iuſtum patientiam veſtram premiando. Retribuere. ideſt rependere malum pro malo. Jn reuelatione. i. quando veniet ad iudicium. in quo omnia reuelabuntur hominū opera. Cū angelis. executorib⁹ diuini iudicij. Dantis vindictā. i. faciētis vltionē.

Ecce dies ueniuut dicit dominus: & ſuſcitabo dauid germen iuſtū: & regnabit rex & ſapiēs erit: & faciet iudicium & iuſticiam in terra. In diebus illis ſaluabitur iuda: & iſrael habitabit cōfidenter. Et hoc eſt nomen quod uocabunt eum dñs iuſtus noſter. Propter hoc ecce dies ueniūt dicit dñs: & non dicent ultra uiuit dominus: qui eduxit filios iſrael de terra ægypti: ſed uiuit domin⁹ qui eduxit & adduxit ſemē domus iſrael de terra aquilonis: & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc. Et habitabunt in terra ſua dicit dominus omnipotens.

Feria. iiii. Pauli ad theſſalo. ii. Capi. i.

FRatres. Gratias agere debemus deo ſemper pro uobis ita ut dignum eſt. Quoniam ſupercreſcit fides ueſtra & abundat charitas: uniuſcuiuſqꝫ omnium noſtrum inuicem ita ut noſipſi in uobis gloriemur in eccleſiis dei pro patientia ueſtra & fide: in omnibus perſecutionibus & tribulationib⁹ ueſtris: quas ſuſtinetis in exemplū iuſti iudicii dei: ut digni habeamini in regno dei: pro quo & patimini. Si tamen iuſtum eſt apud deum retribuere retributionem his qui uos tribulant: & uobis qui tribulamini requiem uobiſcum in reuelatione domini noſtri ieſu chriſti: de cœlo cum angelis uirtutis eius in flāma ignis dantis uindictā his qui nō nouerunt deū: & qui non obediunt euangelio dñi nři ieſu xpi. Qui penas dabūt in interitu æternas:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

A facie dñi.i.ex ſentẽtia egrediẽte ex eius ore. Feria ſexta ſequenti.

NOn lateat vos quia vnus dies. Ex petri ap̃li ſecũda ep̃la cap.iij.q̃r in ſuperiorib⁹ mentionẽ fecit de die iudicij: nũc de tẽpore tollit dubitationem. Sicut mille anni. ſ.apud nos. ꝛ eſt ſumptũ ex pſalmo.lxxxix. mille inquit anni ante oculos tuos quaſi dies heſterna. Non tardat promiſſum.i.ꝓmiſſi retributionẽ. Quidã exiſtimãt. negãtes futurũ iudiciũ.

a facie domini & gloria uirtutis eius: cũ uenerit glorificari in ſanctis ſuis: & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt ieſum xp̃m dñm noſtrum.

Eeria.vi. Beati petri apoſtoli.ii.Ca.iii.

CHariſſimi. Non lateat uos q̃a unus dies apud dominum ſicut mille anni: & mille anni ſicut dies unus. Non tardat dominus promiſſa: ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter uos nolens aliquos perire: ſed omnes ad pœnitentiã reuerti. Adueniet autem dies domini ut fur: in quo cœli magno impetu tranſient. Elementa uero calore ſoluẽtur. Terra aũt & ea quæ in ipſa ſunt opera exurẽtur. Cum hæc igitur omnia diſſoluẽda ſint quales oportet uos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus: expectantes & properãtes in aduentũ diei domini nr̃i ieſu xp̃i. Per quẽ celi ardentes ſoluẽtur & elementa ignis ardore tabeſcent: Nouos uero cœlos & nouã terram: et promiſſa ipſius expectamus in quib⁹ iuſticia habitat. Propter quod chariſſimi hæc expectantes ſatagite immaculati & inuiolati apud eum inueniri in pace. Et domini noſtri longanimitatem ſalutem arbitramini.

In dedicatione eccl'iæ. Lcõ libri apocali. Ca.xxi.

IN diebus illis. Vidi ciuitatem ſanctam hieruſalem nouam deſcendẽtem de cœlo a deo paratam ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo: et audiui uocẽ magnã de throno dicentem. Ecce tabernacu-

Patienter agit. iudiciũ differẽdo. Propter vos vt iuſti merẽdo proficiãt ꝛ mali per pęnitentiã redeant. Dies dñi.i.iudicij vltimi. Ut fur.i.repẽte. Cęli trãſient.ꝑ ignis conflagitationem. Calore.i.eodẽ igni. Cum igitur. ex dictis infert q̃d ſoliciti eſſe debemus de illa die tremẽda. Quales.q.d.ſolicitos ꝛ paratos. Nouos cęlos. non alios ſed hos renouatos Eſaię.lxv. Ecce ego creo cęlos nouos ꝛ terram nouam. Iuſticia habitat: i.habitabit. Hęc expectantes. ſ.iuſtam retributionem. In pace.ſ.conſcientię. Longanimitatem.i.dilationem. Arbitramini ſalutẽ.i.augmentum premij et meriti veſtri reputate.

In dedicatione eccleſię.

VIdi ciuitatem ſanctã ieruſalẽ. Ex apocalypſi Ioãnis cap.xxi.ꝛ notandũ quod dedicatio eccleſię celebratur in die qua quęlibet dioceſeos eccleſia conſecrata eſt. celebratur quoq; metropolitanę eccleſię conſecrationis dies. et a quibuſdam quoq; ſancti petri in vrbe Roma dedicatio. et comparatur eccleſia hęc militans illi ieruſalem cęleſti. ideo dicit Ioannes. Uidi ieruſalem nouã.i.ſocietatem ſanctorum glorioſam. Sponſam ornatam dotibus. quę comitantur corpora glorificata.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lum dei cũ hominibus: & habitabit cum eis: & ipſi populus eius erũt: et ipſe deus cũ eis erit eorũ deꝰ. Et abſterget oẽm lachrymã ab oculis eorũ: & mors ultra non erit: nec luctus: nec clamor: nec dolor erit ultra: quia prima abierunt. Et dixit qui ſedebat in throno. Ecce noua facio omnia.

FINIS.

Dei cũ hominibꝰ. ꝑ nuptias ſpirituales. Quę prĩa abierũt. qꝛ oĩa q̃ ſũt ꝑpeſſi in eccl'ia militãte: ceſſabunt in triũphanti. Qui ſedebat. ſ. deus trinus ⁊ vnꝰ. Noua facio oĩa. ſ. cęlos. terrã cũ aliis elementis. atqꝫ proinde electos meoꝝ. Finis.

Epiſtolę ſanctorum proprię incipiuntur.

In vigilia ſancti Andreę.

Benedictio dñi ſuper caput. Ex eccleſiaſtico partim. xliiij. partim. xlv. capitibus, ſed paucis verbis immutatis. nam in originali eſt. Benedictionem omnium gentium dedit illi dominus: ⁊ teſtamentũ ſuum cõfirmauit ſuper caput iacob. ⁊ ſic autor de iacob loquitur cui iſaac pater benedixit prętermiſſo eſau altero filio. Dedi illi hereditatẽ abdicato eſau. In tribubus duodecim. hoc facit ad andreã cui cũ cęteris apl'is ſaluator dicit. ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes duodecim iudicantes duodecim tribꝰ iſrael. Hoĩes miſericordię. i. duodecim patriarchas qui ſunt miſericordiã cõſecuti a deo ex ioſeph diuẽdito. Oĩs carnis. i. omniũ hominũ. Magnificauit eũ. hoc de moyſe dicit: qui corã pharaone mirabilia fecit illa de quibus in Exodo. Monſtra. i. ęgypti plagas. In cõſpectu regũ. ſ. pharaonis in ęgypto ⁊ alioꝝ deinde in deſerto ⁊ terra canaã. Gloriam ſuã. i. viſionẽ ꝑ eſſentiã. Exodi. xx. In fide ⁊ lenitate. qꝛ fuit fidelis erga deum ⁊ mitis erga hoĩes. Elegit eũ. vt illo duce populũ ex ęgypto liberaret: ⁊ deinde per eũ legẽ traderet. Excelſum fecit. hoc de aaron moyſi fratre dicitur. ſed omnia quę dicta ſunt de patriarchis ⁊ moyſe ⁊ aaron ad andreã referri poſſunt. In feſto ſancti Andreę.

Incipiunt epiſtolæ propriæ ſanctorum.

In uigilia ſancti andreæ. Lectio libri ſapientiæ. Eccle. Capi. xliiii. & xlv.

Benedictio domini ſup caput iuſti. Ideo dedit illi hereditatem: & dimiſit ei partẽ in tribubus duodecim: & inuenit gratiã in coſpectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum: & in uerbis ſuis monſtra placuit. Glorificauit illum in conſpectu regũ: & oſtẽdit illi gloriam ſuam. In fide & lenitate ipſiꝰ ſanctum fecit illum: & elegit eum ex omni carne. Et dedit illi cor ad præcepta: & legem uitæ & diſciplinæ: et excelſum fecit illum. Statuit ei teſtamentum æternum: & circũcinxit eum zona iuſticiæ. Et induit eum dominus corona gloriæ.

In die ſancti andreæ. Pauli ad romanos. Ca. x.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Corde credit᷑ ad iuſticiã. Ex ep̃la ad Romanos cap.x. ⁊ qꝛ paulo ante dixit: ſi cõfitearis ore tuo ⁊ corde credideris ſaluus eris: nunc infert. Corde creditur ad iuſticiam. ⁊c. Scriptura. Eſaię. xxviij. Nõ eſt diſtinctio, quãtũ ad iuſticiã: ad quã oẽs tenẽtur. Diues in oẽs. vt oẽs ſaluos eſſe velit. Omnis qui. Ex Joele cap.ij. ⁊ tũc ꝓcedit gradatim per colorẽ qui dicitur grecis clima: latinis gradatio. Nõ crediderũt? qꝛ fides ſupponẽda eſt xp̃iano. Nõ audierunt. qꝛ fides ſupponit auditum. Sine prędicante. quia auditus qui diſcipline ſenſus eſt vt ait Ariſtoteles doctore indiget. Niſi mittantur. ab eo, ſ. qui habet autoritatem ⁊ poteſt tam grande myſterium reuelare. Sicut ſcriptum eſt Eſaię. liij. Euangelizantium. i. prędicatorũ. Eſaias dicit. in eodẽ capite. Ergo fides. ex ſuperioribus colligit᷑. Per verbum chriſti. qui hoc mortalibus reuelauit. Nõ audierunt. q.d. non poſſunt excuſare ſe. In omnem terram. ex Pſalmo xviij. quę de andrea dici poſſunt.

Fratres. Corde enim creditur ad iuſticiã: ore autem confeſſio fit ad ſalutẽ. Dicit enim ſcriptura. Omnis qui credit in illum non cõfundetur. Nõ enim eſt diſtinctio iudæi & græci. Nam idẽ dominus omniũ: diues in omnibus qui inuocant illũ Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen domini ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabunt: in quẽ non crediderunt? Aut quomodo credent ei: quem non audierunt? Quomodo autẽ audient ſine prædicante? Quomodo uero prædicabunt: niſi mittãtur. Sicut ſcriptum eſt. Quam ſpecioſi pedes euangelizantium pacem: euangelizantium bona. Sed non omnes obediũt euangelio. Eſaias autem dicit Domine quis credidit auditui noſtro? ergo fides ex auditu: auditꝰ aũt per uerbũ chriſti. Sed dico Nunquid non audierũt? Et quidẽ in omnẽ terrã exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eorum.

In feſto Barbare uirginis. Eccle. Ca. li.

Confitebor tibi domine rex & collaudabo te deum ſaluatorẽ meũ. Confitebor nomini tuo quoniã adiutor & protector factus es mihi: & libe beraſti corpus meum a perditiõe: a laqueo linguæ iniquæ: & alabiis operantium mendacium. Et in conſpectu perſequẽtium factus es mihi adiutor & liberaſti me ſecũdum multitudinem miſericordiæ nominis tui: a rugientibus præparatis ad eſcam: de manibus quærẽtium animam meam: & de multis

In feſto Barbarę virginis.

Confitebor tibi dñe ex eccleſiaſtico cap. li. in quo autor operis deum laudat agitq; illi gratias pro beneficijs ab illo acceptis: quę omnia poſſunt accommodari huic virgini in martyrio poſitę. Confitebor tibi ꝓ laudabo te. Protector in malis. Adiutor. in bonis. A perditione: quam eram ſubitura ſine tua gratia. Linguę inique. qui me criminabantur falſo. Aſtantium. cum plecterer propter tuam fidem. A rugiẽtibus. i. frementibus in me pręparatis. Ad eſcã. i. carnes meas ad deuorandum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tribulationibus quæ circũdederunt me: a præſſura flãmæ quæ circũdedit me: & ĩ medio ignis nõ ſum æſtuata. De altitudīe uētris inferni: & a lingua coinquinata: & a uerbo mẽdacii. A rege iniquo: & a lingua iniuſta. Laudauit uſq; ad morte aĩa mea dñm: & uita mea appropinquãs erat in ĩferno deorſum. Circundederũt me undiq; & nõ erat qui adiuuaret Reſpiciens erã in adiutoriũ hominũ: & nõ erat. Memorata ſum miſericordiæ tuæ dñe & cooperatiõis tuæ quæ a ſæculo ſunt. Quoniã eruis ſuſtinentes te & liberas eos de manu anguſtiæ dñe deus noſter.

Sancti nicolai epiſcopi. Ad hebræos. Ca. vii.

FRatres. Plures facti ſunt ſacerdotes ſecundum legem. Idcirco ꝙ morte prohiberentur permanere: ieſus autem eo ꝙ maneat in æternũ: ſempiternum habet ſacerdotiũ. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt: accedens per ſemetipſum ad deum ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat ut nobis eſſet pontifex: ſanctus: innocens & impollutus: ſegregatus a peccatoribus: & excelſior cœlis factus. Qui non haberet neceſſitatem cotidie quemadmodũ alii ſacerdotes: prius pro ſuis delictis hoſtias offerre: deinde pro populo. Hoc enim fecit ſemel ſe offerẽdo dominus noſter ieſus chriſtus.

In cõceptione beatæ mariæ.

Prouerbio. Capi. viii.

A preſſura flãmę. quã mihi parabant vt exurerēt. Eſtuata. ab ęſtuo. as. ex abſoluto fecit participium quaſi ab actiuo. Uentris inferi. i. eorum qui deſcendunt ad inferos. A lingua iniuſta repete a ſuperioribus liberaſti me. Uſq; ad mortem. i. per omnem vitam meam. Appropinquãs erat. niſi me liberaſſes. Qui adiuuaret. ſ. ex hominibus. Nõ erat. ſubaudi qui adiuuaret. Memorata ſum. ex actiuo fecit deponēs verbũ pro memini tuę miſericordię. De manu anguſtię pro eo qđ eſt angentium me. in originali eſt de manibus gētium.

In feſto ſancti nicolai.

PLures facti ſunt ſacerdotes. Ex epiſtola ad hebręos cap. vij. in quo ſacerdotiũ aaron ſacerdotio chriſti comparauit. ſed illius fuit ſacerdotium temporariũ: chriſti autem ęternum. Ex quo infert qđ poſt aaron ſucceſſiue alij ſacerdotes fuerunt. Mortem permanere. quia mortales erãt. Hic autē. i. chriſtꝰ poſt reſurrectionē. Sempiternũ. ad illud quod dicitur pſalmo. cix. tu es ſacerdos in ęternũ. Accedens ꝑ ſemetipſum. ex eo quod homo cõiūctus eſt naturę diuinę. Interpellat pro nobis. noſtrã humanitatē patri repręſentans. Põtifex ſanctus. ab inſtãti cõceptionis ſine peccato. Segregatꝰ a peccatoribus. quãtum ad cõtagionē: alioqui cũ peccatoribus verſabatur Excelſior cęlis. quãtum ad naturã diuinã. Pro ſuis delictis. q2 ſine pctõ qđ faciebat aaron ⁊ illiꝰ ſucceſſores. Pro populi. ſ. delictis. ⁊ q2 nicolaus fuit ſacerdos ſecundum hũc ordinē iuſte de illo legitur: quod de chriſto dictum eſt.

DOminus poſſedit me. Ex libro Prouerbiorum ſalomonis. cap. viij. in quo Salomon introducit loquētem ſapientiā increatā hoc eſt verbū diuinū in quo ⁊ per quod omnia fecit: quę omnia poſſunt de virgine deipara dici: ⁊ illi accommodari. Uiarum ſuarū. i. operum ſuorū: qꝛ vt diximus per eam cūcta operatus eſt. Quicquā faceret. i. produceret. Cōcepta. i. intra genita in mēte diuina. Eruperant. ſ. de cauernis terrę ſcaturiētes. Cōſtiterāt. mole ſua impendentes.

DOminus poſſedit me in initio uiarum ſuarū antequam quicquam faceret a principio. Ab æterno ordinata ſum: & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erāt abyſſi: & ego iam concepta eram. Necdum fontes aquarum eruperant: necdū montes graui mole cōſtiterant. Ante omnes colles ego parturiebat. Adhuc terram non fecerat: & flumina & cardines orbis terræ. Quādo præparabat cœlos aderam: quando certa lege & gyro uallabat abyſſos: quando ethera firmabat ſurſum & librabat fontes aquarum. Quando circundabat mari terminum ſuum: & legem ponebat aquis: ne trāſirent fines ſuos. Quando appendebar fundamēta terræ: cum eo eram cuncta componens. Et delectabar per ſingulos dies: ludens coram eo omni tēpore. Ludēs in orbe terrarum: & deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. Nūc ergo filii audite me. Beati qui cuſtodiunt uias meas. Audite diſciplinam et eſtote ſapiētes: & nolite abiicere eā. Beatus homo qui audit me: & qui uigilat ad fores meas cotidie et obſeruat ad poſtes oſtii mei. Qui me inuenerit inueniet uitam: & hauriet ſalutem a domino.

Parturiebar. trāſlatio eſt a fęminis ſub tempus pariendi pro gignebar. Cardines orbis. i. polos circa quos mundus voluitur. Aderā. qꝛ omnibus his creādis interfuit. Uallabat abyſſos. ꝓfunditates aquarū vallo cingebat: ne egrederētur fines ſuos. Ethera firmabat. vnde pars illa cęli firmamentū dicitur. Librabat. i. ad libellam dirigebat. ideſt al niuel. Terminum ſuū. i. littora pretendebat. Fundamenta terrę. i. cētrum cui oīa innectūtur. Per ſingulos dies. ęternaliter. Ludens. i. quaſi perludum. ⁊ ociū fabricās oīa Cum filijs hominū. per participationē. nā in deo eſt per eſſentiā. Audite me. homines ad ſe capeſſendā hortatur. Ad poſtes oſtij. nam poſtes ſunt valuę quę claudūtur ⁊ aperiūtur. oſtium vero quo ingredimur et egredimur quaſi domus oſ. alia patent.

Leocadiæ uirginis. Pauli ad corin. ii. Ca. x.

FRatres. Qui gloriatur in domino glorietur. Non enim qui ſeipſum comendat: ille probatus eſt: ſed quē deus cōmendat. Vtinam ſuſtineretis modicū qd inſipiētiæ meæ: ſed & ſupportate me

In feſto leocadię virginis.

QUi gloriat in dño: Ex ſcđa ad Corinthios epl'a cap. x. ⁊ xi. atq; oīa in deum eſſe referēda oſtendit: neq; aliūde gloriā eſſe petēdam. Commēdat. i. laudat gloriādo de bonis. Commēdat. cōmendabilem facit per miracula. Suſtineretis. i. diſſimularetis ſi in aliquo vobis videor inſipiens.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Emulor vos. qꝛ eſt ambiguū ad bonū et malū ideo ſubdit dei emulatione. Deſpōdi vos. ſ. quo tēpore nuptias veſtras cū xpo p fidē ⁊ baptiſmū cōciliaui. Exhibere. i. exhibēdū xpo. Virginē caſtā. i. vos quaſi ꝟginē integrā ⁊ ꝟtutibꝰ ornatā. ⁊ hoc facit ad feſtū huiꝰ ꝟginis.

( In feſto eulalię ꝟginis.

SApiētia vincit maliciā. Ex lib. Sapię cap. viij. ſed premittit ex fine capitis ſeptimi clauſula paucis ꝟbis immutatis. nā p eo q̄d eſt in originali ſapientiā nō vincit malicia cōcinnator inuertit ꝟba dicēs ſapiētia vincit maliciā. Attingit fortiter. acrimonia ſua oīa penetrādo. Suauiter. i. cum modeſtia ⁊ moderatione. Hāc amaui. verba ſunt autoris ſiue is ſit salomō ſiue philō. ⁊ poſſunt eſſe huius virginis ꝟba mutatis mutandis. Generoſitatē. ordo eſt ⁊ ſententia homo habēs cōtuberniū dei. i. familiaritatem Glorificat. ideſt laudat. Generoſitatē illius. ſ. ſapientię. Dilexit illā. qꝛ facit deo amabiles.

In feſto damaſi pape.

ECce ſacerdos magnus. Ex libro eccleſiaſtici capite. xliiij. ⁊ xlv. Sed clauſula prima aliūde ſiue a cōcinnatore adiecta qm̄ ſub his verbis nō eſt in tota ſcriptura ſacra. Sacerdos magnus. i. pontifex ſiue papa vt fuit damaſus. Reconciliatio. qꝛ deum iratū nobis cōciliauit. aut fuit irenarcha. i. pacificator inter iratos. Iureiurādo. ad illud videtur alludere quod eſt in pſal. cix. Iurauit dominus tu es ſacerdos ⁊c. Benedictionē omniū gentium. hoc de iſaac legitur in ſenſu litterali. Omniū gentiū. quia omnēs benedicent illū. Super caput eius. in originali ſuper caput iacob. Teſtamentū. i. pactū quod pepigi cū abraam. Magnificauit illum. hoc iā de moſe loquitur autor eccleſiaſtici. ſed oīa hec in ſuperioribus expoſita ſunt.

Emulor enim uos dei æmulatione. Deſpōdi enim uos uni uiro: uirginem caſtam exhibere chriſto.

Eulaliæ uirginis. Lc̄tō libri ſapiētiæ. Ca. viii.

SApientia uincit maliciam. Attingit ergo a fine uſq; ad finem fortiter: & diſponit omnia ſuauiter. Hāc amaui & exquiſiui a iuuentute mea. Et quæſiui ſpōſam mihi aſſumere: & amator factꝰ ſum formæ illius. Generoſitatē illius glorificat: cōtubernium habens dei: ſed & dominus omniū dilexit eam. Doctrix enim eſt diſciplinæ dei.

Damaſi papæ. Eccleſiaſti. Capi. xliiii. & xlv.

ECce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo: et inuentus eſt iuſtus: & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Non eſt inuentus ſimilis illi qui conſeruaret legem excelſi. Ideo iure iurando fecit illum dominus creſcere in plebē ſuā. Benedictionem omnium gentium dedit illi: & teſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput eiꝰ. Cognouit eam in benedictionibus ſuis: conſeruauit illi miſericordiam ſuam: & inuenit gratiam coram oculis domini. Magnificauit illum in conſpectu regum: et dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi teſtamētum ſempiternum: & dedit illi ſacerdotium magnum et beatificauit illum in gloria. Fungi ſacerdotio: et habere laudem in nomine ipſius et offerre illi incenſum dignum in odorem ſuauitatis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In feſto lucię virginis.

COnfitebor tibi dñe. in feſto barbarę virginis iam expoſita eſt hęc epiſtola.

In annunciatione virginis marię.

LOcutus eſt dominus ad achaz. In feria quarta poſt dominicam tertiam aduentus hęc prophetia expoſita eſt.

In feſto dominici abbatis.

Luciæ uirginis. Eccleſiaſti. Ca. li.

COnfitebor tibi dñe rex et collaudabo te ſalua torem meum. &c. ut ſupra

Commemoratio annūciationis beatæ mariæ. Eſaiæ. Capi. vii.

IN diebus illis. Locutus eſt dominus ad achaz dicēs. Pete tibi ſignū a domino. &c. ut ſupra.

Dominici abbatis & confeſſo. Lectio Sapiētiæ. Eccleſiaſtici. Capi. xxxix.

IVſtus cor ſuum tradidit ad uigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum: & in cōſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuum in oratione & pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim dñs magnus uoluerit: ſpiritu intelligentiæ replebit illū & ipſe tanq̄ imbres mittet eloquia ſapiētiæ ſuæ: & in oratione cōfitebitur domino. Et ipſe diriget cōſilium eius & diſciplinam: & in abſconditis ſuis cōſiliabitur. Et ipſe palā faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ & in lege teſtamēti domini gloriabitur. Collaudabunt multi ſapientiam eius: & uſq̄ in ſæculū nō delebitur. Non recedet memoria eius: & nomē eius requiretur a generatione in generationem.

Thomæ apoſto. Lctō pauli ad epheſios. Ca. ii.

FRatres. Iam non eſtis hoſpites & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorū & domeſtici dei. Superædificati ſupra fundamentū apoſtolorū & ꝓphetarū Ipſo ſummo angulari lapide xp̄o ieſu ī quo omnis

IVſtus cor ſuū tradidit. Ex eccl'iaſti. cap. xxxix. vbi legit̄ nō iuſtus ſꝫ ſapiēs. Diluculo. i. iā inde ab adoleſcētia. Deprecabit̄. ꝓ ſapiētię acq̄ſitione. Pro delictis. i. delictoꝝ venia. Si voluerit. immo volet. q2 petitio eſt iuſta. Et ipſe recipiēs ſpiritum ſapiētię. Mittet eloquia. docens ignorātes. Cōfitebitur dño. ad ipſum quidq̄d boni eſt referēdo. Et ipſe. ſ. dñs. Conſiliabit̄. ſ. obſcura clarius ſibi reuelādo Ipſe. ſ. ſapiēs a deo illuminatus. Doctrinę ſuę. i. ſibi a dño reuelatę. Multi. nō dicit oēs: q2 ſapiētia pleriſq̄ eſt odioſa. Nō delebitur. q2 veritas in ęternū manet. Nō recedet. inter hoies in hoc ſęculo durabit. 7 apud deū in altero ſęculo pręmiis acceptis.

In feſto thomę apoſtoli.

IAm non eſtis hoſpites. Ex epiſtola pauli ad epheſios. capi. ii. in ſuperiori parte apoſtolus egit de vocatione gētium nunc ex eo infert.

Ergo non eſtis hoſpites. ideſt extranei: ſed in numerum ſanctorum recepti. Domeſtici dei. ideſt familiares: Superędificati. ideſt fundamento eccleſię impoſiti. Angulari lapide. de illo intelligit qui in ędificando templo ſalomonis cū nō conueniret in aliis locis: tandē ad duos parietes

connectendos mirũ in modũ cõgruit. per quod ſignificabatur chriſtus qui fecit vtraqꝫ vnũ ideſt iudeos ⁊ gentiles. de hoc lapide legitur in pſalmo. cxvij. Lapidem quem reprobauerũt edificantes hic factus eſt in caput anguli. conſtructa. ſ. ex iudeis ⁊ gentibus. Coedificamini. cum alijs fidelibus.

ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino. In quo & nos coædificamini in habitaculum dei in ſpiritu ſancto.

Sancti Iſidori. Lectio libri ſapiẽtiæ. Capi. vii.

Optaui & dat⁹ eſt mihi ſenſus. Et inuocaui & uenit in me ſpiritus ſapiẽtiæ: & præpoſui illã regnis & ſedibus: & diuitias nihil eſſe dixi in cõparatione illius. Non cõparaui illi omnẽ lapidẽ precioſum: quoniam omne aurũ in cõparatione illius arena eſt exigua. Et tanquã lutũ eſtimabitur argẽtum in cõſpectu illius. Super ſalutẽ & ſpeciẽ dilexi illã: & propoſui pro luce habere illã: quoniã inextiguibile eſt lumẽ illius. Venerũt autẽ mihi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honeſtas per manus illius. Et lætatus ſum in omnibus quoniam antecedebat me iſta ſapientia: & ignorabam quoniã omnium bonorum mater eſt. Quam ſine fictione didici: & ſine inuidia cõmunico bonis illius. Et honeſtatem illius non abſcondo.

Stephani ꝓtomar. Lctõ actuũ apoſto. Capi. vi.

In diebus illis. Stephan⁹ plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Surrexerũt autẽ quidam de ſynagoga quæ appellabatur libertinorum & cyrenenſium & alexandrinorum & eorũ qui erãt a cilicia & aſia diſputãtes cũ ſtephano & non poterãt reſiſtere ſapiẽtiæ

In feſto ſancti iſidori.

Optaui ⁊ datus eſt mihi ſenſus. Ex libro ſapiẽtiẽ cap. vij. in quo poſtea quã autor oſtendit qđ habuit per naturã: nunc infert quid habuit ex ſapiẽtia ſibi diuinitus infuſa. dicit igit̃ Propter quod optaui. ſ. donum ſapiẽtiẽ. Senſus. i. vt bene de omni re ſentirẽ. Regnis ⁊ ſedibus. ſ. regalibus. Diuitias. lapidem precioſum aurũ. argentum. que oĩa fortune bona ſunt: neqꝫ animi bonis cõparãda. Sup ſalutẽ et ſpeciẽ. i. pulchritudinẽ: q̃ ſunt nature bona. neqꝫ cõparande ſapiẽtie. Pro luce. q̄ ſic dirigit in ſpũalib⁹ ſicut lux in corporalibus. In extinguibile. i. eſt eterna et incorruptibilis eſt ſapiẽtia que eſt de rebus diuinis. Innumerabilis honeſtas. i. nimius honor: q̄ eſt virtutis premium qđ ſequit̃ illã: quaſi vmbra corpus ſequitur Letatus ſum. ordo eſt. qm̃ iſta ſapiẽtia antecedebat me ideo letatus ſum. Ignorabã. ſ. antea quã ipſam haberem. Sine fictione. i. via recta quia deo optimo doctore.

In feſto ſtephani protomartyris.

Stephanus plenus gratia. Ex actib⁹ apoſtolorũ. cap. vi. ⁊ vij. vbi lucas proſequit̃ hiſtoriã de beato primo xpi teſte. Prodigia. i. miracula cõtra naturã. Libertinorũ. gloſſa dicit a regione hos fuiſſe dictos. qđ ſi ita eſt ab eleutheropoli vrbe iudeẽ dictos eſſe oportet: q̄ interpꝛtat̃ ciuitas liberoꝝ. Cyrenẽſiũ. a cyrenis vrbe aphrice nobili. Aſia. ſ. ꝓprie dicta.

Qui loquebatur. ſubaudi in eo. Audientes hęc. ex capite. vij. quod poſtea ꝙ audierunt ſtephanum longa oratione perorantem. Diſſecabantur. i. rumpebantur nimia ira. Voce magna. ne verba ſtephani audirentur. Continuerũt aures. ne talia audirent. Teſtes qui lapidabant illum. Qui vocabatur ſaulus. qui poſtea ex perſecutore factus eſt apoſtolus.

In feſto Ioannis euangeliſtę.

& ſpiritui qui loquebatur. Audientes autem hæc: diſſecabantur cordibus ſuis: & ſtridebant dentibus in eum. Cum autem eſſet ſtephanus plenus ſpiritu ſancto: intendens in cœlum uidit gloriam dei & ieſum ſtantem a dextris. Et ait. Ecce uideo cœlos apertos: & filium hominis ſtantem a dextris uirtutis dei. Exclamantes autem uoce magna continuerunt aures ſuas: & impetum fecerunt unanimiter in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem lapidabant. Et teſtes depoſuerunt ueſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis qui uocabatur Saulus: & lapidabant ſtephanum inuocantem & dicentem. Domine ieſu accipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus clamauit uoce magna dicẽs. Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Et cũ hoc dixiſſet odormiuit in dño.

In natali ſancti ioannis euangeliſtæ. Lectio epiſtolæ beati pauli apoſt. Ad ephe. Capi. i.

FRatres. Benedictus deus & pater domini noſtri ieſu chriſti: qui benedixit nos in omni benedictione ſpirtuali in cœleſtibus in chriſto ante mundi conſtitutionem ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per ieſum chriſtum in ipſum ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ. In laudem gloriæ & gratiæ ſuæ: in qua glorificauit nos in dilecto filio ſuo in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum ſecũdum diuitias gratiæ eius quæ ſuperabundauit in nobis per ieſum chriſtũ dominum noſtrum.

Benedictus deꝰ ⁊ pater. Ex ep̄la ad epheſios capi. pri. in quo illos ad gratiarũ acitonem inducit ex beneficiis quę a deo acceperũt. Deus ⁊ pater. duas exprimit ꝑſonas. ⁊ tertiã cum dicit qui benedixit nos. nam benedictio ſpiritus ſancti donum eſt. In chriſto. i. per chriſtum quia ꝑ illũ quaſi per mediatorẽ proueniunt nobis dona.

Elegit nos in ipſo. i. in filio qui eſt patris ſapiẽtia per quam nos elegit.

Ante mundi conſtitutionem. i. ab eterno. cuius effectus facta eſt hoc tempore. In conſpectu eius. nam in conſpectu hoĩnum poſſunt videri tales et non eſſe: cuiuſmodi ſunt hypocritę.

In charitate. ſine qua nullum eſt meritum.

Per ieſum chriſtum. cuius fratres nos ſumus per adoptionẽ in ipſum patrem relati. Voluntatis ſuę. a qua dependet electio et predeſtinatio.

Gratificauit nos. ideſt gratos ſibi fecit. In filio ſuo: ideſt per filium ſuum. Redemptionem et remiſſionem peccatorum. ⁊ hoc per eius paſſionem.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ad miſſam maiorem.

QVi timet deū faciet bona. Ex eccleſiaſtico cap. xv. in quo ponitur acquiſitę ſapiētię fructus & primo quibus cōceditur hoc eſt deū timētibus. Continēs iuſticię. i. iuſticiam tenēs. Apprehendet illā. ſ. ſapientiā. Obuiabit. i. inueniet illā ſibi ſe offerenē. Honorificata: & ipſa honeſta & honeſtos faciens. A virginitate. i. tanq̄ ſponſa ſponſum. Pane vitę. de quo ſaluator non in ſolo pane viuit homo. In illo. ſcʒ deo firmiter inherēdo. Cōtinebit illum. ſ. ne cadat. Os ei⁹. ad docendum populum. Stola glorię. veſte facer dotali apud romanos ſto la veſtis erat matronarū inſigne caſtitatis. Cetera patent.

Ad miſſam maiorē. Eccleſiaſti. Ca. xv.

QVi timet deum faciet bona: & qui continēs eſt iuſticiæ apprehendet illā: & obuiabit illi quaſi mater honorificata. Cibauit illū pane uitæ & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Et firmabitur in illo & non flectetur: & cōtinebit illū & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos ſuos: & in medio eccleſiæ aperiet os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus & ſtolam gloriæ induit eum. Et nomine æterno hereditabit illum dominus deus noſter.

In feſto ſctōꝝ innocētū. Vidi ſupra montem ſion. Ex apocalypſi Joānis. cap. xiiij. in quo deſcribit quo pacto Joānes vidit agnū ideſt xp̄m ſtipatū multitudine ſanctorum. Montē ſiō. per quem intelligitur eccleſia triūphans. Centum quadraginta quattuor. hoc eſt ex qualibet tribu duodecim millia. Nomen eius. ſ. agni. Et patris eius. ſ. dei patris. et ex conſequenti ſpiritus ſancti. Citharedorum. i. vocum non confuſarū: ſed certa harmonia conſonantiū. Canticum nouum. quaſi ex nouo teſtamento concinnatū. Ante ſedem. ſ. maieſtatis dei Quattuor animalia & ſeniores. de quib⁹ ſupra dictū eſt. Empti ſunt de terra. ſcʒ ſanguine xp̄i & ſuo. Virgines. nō ſolū integritate corporis ſed etiā cōtinētes & cōiuges hoc noīe cēſentur. Primitię deo. i. primi qui pro nomine dei & xp̄i ſanguinē fuderunt atq̄ ideo gratiores.

Sanctorum innocentum. Lectio apocalypſis beati. Ioannis apoſtoli. Capi. xiiii.

IN diebus illis. Vidi ſupra montē ſion agnū ſtantem: & cum eo centum quadraginta quattuor milia habentes nomen eius: & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui uocē de cœlo tanquam uocem aquarum multarum: & tanquam uocem tonitrui magni. Et uocem quam audiui ſicut citharedorum citharizātium in citharis ſuis. Et cantabāt quaſi canticū nouū ante ſedē: & ante quattuor animalia & ſeniores. Et nemo poterat dicere cāticū: niſi illa centū quadraginta quattuor milia: qui empti ſunt de terra Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: uirgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum quocunq̄ ierit. Hi empti ſunt ex omnib⁹ primitiæ deo & agno in ore ipſo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In feſto thome archiepiſcopi canturieñ.

IUſtus ſi morte preoccupatus. Ex libro ſapientie cap. iij. in quo ponitur preeminentia iuſtorum qui morte immatura ſunt rapti. Preoccupat⁹ ante quam ad ſenectam perueniat. In refrigerio. i. in quiete a preſentibus malis. Senectus. q. d. ſatis diu vixit: qui pie ſancteq; vixit. Senſus hominis. i. ſapientia illius. Uita immaculata. ſiue illa ſit breuis ſiue longa. Placẽs deo. vnde ſubdit placita erat deo anima illius. Tranſlatus eſt. de miſeriis mundi ad requiem vt dixit. Malicia. i. tormenta ⁊ aduerſitates que cogunt homines aliquã do degenerare. Fictio i. ſimulatio putãs eſſe bonum quod eſt malum. In breui. ſubaudi tẽpore. Tempora multa. i. opera multorum temporum. De medio iniquitatum. in quas viuendo poterat incidere. Gratia dei in preſenti vita et futura.

rum non eſt inuentum mendacium. Sine macula enim ſunt ante thronum dei.

Thomæ archiepiſcopi. Lectio libri ſapientiæ. Capi. iii.

IUſtus ſi morte præoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim uenerabilis eſt non diuturna nec numero annorum computata. Cani ſunt autẽ ſenſus hominis: & ætas ſenectutis uita immaculata. Placens deo: factus dilectus: & uiuens inter peccatores trãſlatus eſt. Raptus eſt ne malicia mutaret intellectum illius: aut fictio deciperet animam illius. Conſumatus in breui: expleuit tẽpora. Placita enim deo erat anima illius. Propter hoc ꝓperauit educere illum de medio iniquitatum: quoniam gratia dei & miſericordia eſt in ſanctos illius: & reſpectus in electos illius.

Tranſlatio ſancti iacobi. Eccleſiaſtici. Ca. xliiii. & xlv.

BEnedictio domini ſuper caput iuſti. Ideo dedit illi hereditatem: & dimiſit ei partem in tribubus duodecim: & inuenit gratiam. &c. ut ſupra.

Silueſtri papæ. Pauli ad hebræos. Capi. vii.

FRatres. Plures facti ſunt ſacerdotes ſecundum legem. Idcirco ꝙ morte prohiberẽtur permanere. Ieſus autem eo ꝙ maneat. &c. ut ſupra.

Hilarii epiſcopi & doctoris. Lectio ſapientiæ. Capi. vii.

OPtaui & datus eſt mihi ſenſus. Et inuocaui & uenit in me ſpiritus ſapientiæ. &c. ut ſupra.

Mauri abbatis. Eccleſiaſtici. xiiii. & xv.

In tranſlatione bti Iacobi apli.

BEnedictio dñi ſuper caput iuſti. Expoſita eſt ſupra in vigilia beati andree apoſtoli.

In feſto ſilueſtri pape.

PLures facti ſunt ſacerdotes. Expoſita eſt ſupra in feſto beati nicolai epiſcopi.

In feſto ſancti hilarij epiſcopi.

OPtaui et datus eſt mihi ſenſus. Expoſita eſt eſt ſupra in feſto ſancti iſidori epiſcopi.

In feſto mauri abbatis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

BEtus vir qui in ſapientia. Ex eccleſiaſtico capi.xiiij.⁊.xv.in quo agitur de virtutū exercitio in ordine ad deum. In ſapientia.que eſt rerum diuinarum contemplatio. Meditabitur.i.exercebit ſe. In ſenſu.i.ſenſate. Circūſpectionem dei.i.quod deus omnia circūſpicit. Cibauit illum. hoc interpoſitis multis verbis infertur ex cap.xv.ſed iam expoſitum eſt in feſto ſancti Joannis apoſtoli ad miſſam maiorem.

In feſto Marcelli pape ⁊ martyris.

ECce ſacerdos magnus.que expoſita eſt ſupra in feſto damaſi pape.

In feſto Antonij abbatis.

DIlectus deo ⁊ hominibus.ex eccleſiaſtico capi.xlv. ⁊ loquitur de laudibus moſis: que poſſunt accommodari diuo Antonio. In benedictione.i.in omni bono In gloria ſanctorum.ſ.videndo diuinam eſſentiam. Glorificauit illū. hec iam expoſita ſunt in vigilia ſancti andree.

In feſto priſce virginis ⁊ martyris.

SApientia vincit maliciam.Hec iam expoſita eſt ſupra in vigilia eulalie v̄ginis ⁊ martyris

Fabiani ⁊ ſebaſtiani martyrum.

SAncti per fidem vicerunt regna.Ex eccleſiaſtico cap.xl. in ſuperiori pte enumerauit cōplures viros ex iudicibus regibus et prophetis.tūc infert. Qui per fidem.quod eſt opus fortitudinis. Juſticiam. cui relique oēs virtutes cōnexe ſunt. Repromiſſiones.ſ.factas p̄riarchis

BEatus uir qui in ſapientia morabitur: & qui in iuſticia meditabitur: & in ſenſu cogitabit circūſpectionem dei. Cibauit illum pane uitæ & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum: & firmabitut in illo & nō flectetur & cōtinebit illū & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos ſuos: & nomine æterno hereditabit illum dominus deus noſter.

Marcelli papæ & martyris.
Eccleſiaſtici.Capi.xliiii.

ECce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo: & inuentus eſt iuſtus.&c.ut ſupra.

Antonii abbatis.Eccleſiaſtici. Ca.xlv.

DIlectus deo & hominibus:cuius memoria in benedictione eſt.Similem fecit illum in gloria ſanctorum & magnificauit eum in timore inimicorum: & in uerbis ſuis monſtra placuit. Glorificauit eum in conſpectu regum: & iuſſit illi ſtare coram populo ſuo: & oſtendit illi gloriam ſuam. In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum: & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim uocem ipſius: & induxit illum in nube: & dedit illi cor ad præcepta: & legem uitæ & diſciplinæ.

Priſcæ uirginis & mar. Lectio ſapiæ.Ca.viii.

SApientia uincit maliciam:attigit ergo a fine uſq; ad finem fortiter.&c.ut ſupra.

Fabiani & ſebaſtiani martyrum. Lectio epiſtolæ pauli ad hebræos.Capi.xi.

FRatres.Sancti per fidem uicerūt regna operati ſunt iuſticiam:adepti ſunt repromiſſiones

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ora leonũ.quod de daniele ſcribitur Danielis.vi. Impetum ignis.vt in tribus pueris. Dañ.iij. Aciem gladij.quod ſepe fecerunt duces:iudices:⁊ reges iſrael ⁊ iuda. De infirmitate.vt in ezechia rege.Eſaię.xxxviij. Caſtra exteroꝝ.i.alienigenarũ vt Joſue ⁊ Dauid. Mortuos ſuos.vt mulier ſareptana per oratione helię.⁊ ſunamitis p heliſeum. Diſtenti ſunt.in tormẽtis poſiti. Redemptionẽ.ſ.a pena. Reſurrectionẽ.in futura gloria. Lapidati ſunt.vt naboth.iij.Regum.xxi. Secti ſunt.vt Eſaias propheta ſerra ligneа. Tẽtati ſunt.ad idolatriam. In melotis.i.veſtibus ex pelle meliũ.aut forte ouiũ. Nõ erat mũdus.quem odio habebant et fugiebant.cętera patent.

In feſto agnetis virginis ⁊ martyris.

Qui gloriat in dño gloriet.iã expoſita eſt ſupra in feſto Leocadię ꝟginis ⁊ martyris.

In feſto Vincentij martyris.

Memor eſto dominũ noſtrum.Ex epiſtola ſecũda ad timotheum capi.partim ſecũdo partim tertio. Imprimis ita ꝙ gloria cęleſtis predicatoribus promittitur per chriſtum reſurgẽtem:qui eſt cauſa noſtrę reſurrectionis. Euangelium meum.i.quod ego predicaui vobis. Ad vincula.i.carcerẽ in quo nũc ſum Male operãs.i.nocẽs ⁊ criminoſus. Nõ eſt alligatũ.q2 etiã in carcere docebat. Propter electos.i.electoꝝ ſalutẽ. Fidelis ſer.i.ver9 eſt. Tu aũt timotheũ hortat vt firmiter perſtet in euãgelij ꝟitate. Meã doctrinã.ſ.itelligẽdo. Inſtitutionẽ.i.moreſq̃s inſtitui. Propoſitũ.de fidei prędicatione. Fidẽ.ſ.articuloꝝ. Longanimitatẽ.i.premij ſpem.

Obturauerunt ora leonuum: extinxerunt impetũ ignis:effugauerunt aciem gladii. Conualuerũt de infirmitate: fortes facti ſunt ĩ bello. caſtra uerterũt exterorum:acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alii autem diſtenti ſunt:nõ ſuſcipiẽtes redemptionem:ut meliorem inuenirent reſurrectionem. Alii uero ludibria & uerbera experti:inſuper & uincula & carceres. Lapidati ſunt: ſecti ſũt: tentati ſunt:in occiſione gladii mortui ſunt: circuierunt in melotis & in pellibus caprinis. Egentes: anguſtiati: afflicti.quibus dignus non erat mund9 In ſolitudinibus errantes: & in montibus: & in ſpeluncis: & in cauernis terræ. Ft hi omnes teſtimonio fidei probati inuenti ſunt. In xp̃o ieſu dño noſtro.

Agnetis uirginis et martyris.Pauli ad corinthios.ii.Capi.x.

FRatres.Qui gloriatur in domino glorietur: Nõ eñi qui ſeipſum cõmendat.&c.ut ſupra.

Vincentii mar.Pauli ad timo.ii.Ca.ii.&.iii.

CHariſſime.Memor eſto dominum noſtrum ieſum chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine dauid ſecundum euangelium meum: in quo laboro uſq; ad uincula quaſi male operans.Sed uerbũ dei nõ eſt alligatũ.Ideo oĩa ſuſtineo propter electos: ut & ipſi ſalutẽ conſequãtur: quæ eſt in xp̃o ieſu cũ gloria cœleſti. Tu aũt aſſecutus es meã doctrinam: inſtitutionẽ:propoſitũ:fidẽ:longanimitatẽ:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Dilectionē. ſ. dei ⁊ proximi. Patientiam. in aduerſis ⁊ perſecutionibus tolerādis. Antiochię. quę eſt piſidię ciuitas. nā alia eſt ad orontē quę magna cognominat̄ iconio ⁊ liſtris de quibus in actibus apoſtoloꝝ cap. xiiii. In feſto illefonſi archiepiſcopi.

OPtaui ⁊ datus eſt mihi ſenſus. Jam expoſita eſt ſupra in feſto ſancti iſidori epiſcopi.

In feſto balbile ⁊ trium puerorum.

IUſtorū animę in manu dei ſunt. Ex libro ſapientię. capi. iii. in quo oſtēditur quod mors iuſtorum ⁊ ſi vulgo putatur ignominioſa: apud deum eſt glorioſa. In manu dei. in cuius manus commendamus ſpiritum noſtrum. Tormētum malicię. in originali tormentū eſt mortis. hoc eſt pene quā mali patientur apud inferos. Mori i. animā cū corpore illoꝝ extingui. Exitus illorū. i. mors eſſe miſera. Ab itinere iuſto. i. a via recta nihil illis proficiēte abierunt in interitum opinione illoꝝ. Illi aūt. qui ſic putantur exterminati.

In pace. i. in requie ⁊ gloria. In paucis. q꞉ nō ſunt multa huiꝰ vitę mala illorū bonoꝝ q̄ expectātur cōparatione. Tentauit eos. i. experiri voluit an eſſent ipſo digni. Aurum in fornace. qđ ita purius euadit. Holocauſti. cuius odor ad deū erigitur. In tēpore. qn̄ reſurgēt ⁊ fulgebūt in gloria. Iudicabunt nationes cum apoſtolis vt ſaluator dicit.

dilectionem: patientiam: perſecutiones: paſſiones qualia mihi facta ſunt antiochiæ: iconii liſtris. Quales perſecutiones ſuſtinui: & ex omnibꝰ eripuit me dominus. Et omnes qui uolunt pie uiuere in chriſto ieſu perſecutionem patientur.

Illefonſi epiſcopi. Lectio libri ſapiæ, Ca. vii.

OPtaui: & datus eſt mihi ſenſus. Et inuocaui & uenit in me ſpiritus ſapientiæ. &c. ut ſupra.

Balbile & triū puerorū. Sapientiæ. Capi. iii.

IVſtorum animæ in manu dei ſuut: & non tanget illos tormentum maliciæ. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: & extimata eſt afflictio exitus illorum. Et ab itinere iuſto abierunt in exterminiū Et quod a nobis eſt iter exterminii: illi autem ſunt in pace. Et ſi corā hominibus tormenta paſſi ſunt ſpes illorum immortalitate plena eſt. In paucis uexati: in multis bene diſponentur. Quoniam deus tentauit eos: & inuenit illos dignos ſe. Tanquam aurum in fornace probauit illos: & quaſi holocauſti hoſtiā accepit eos: & in tēpore erit reſpectus illorū. Fulgebunt iuſti: & tanquam ſcintille in arundineto diſcurrent. Iudicabunt nationes: & dominabūtur populis: & regnabit dn̄s illorū in perpetuū.

Conuerſio ſctī pauli. Actuū appoſto. Ca. ix.

IN diebus illis. Saulus adhuc ſpirans minarū & cædis iu diſcipulos dn̄i: acceſſit ad principē

In conuerſione ſancti Pauli.

SAulus adhuc ſpirās. ex actibꝰ apl'oꝝ cap. ix. in quo agitur de cōuerſione pauli ex perſecutore in chriſti apoſtolum. Spirans minarum. i. minas. Et cędis. i. cędem et eſt conſtructio greca in huiuſmodi verbis cum genitiuo. Acceſſit. non prouocatus ſed vltro.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Epiſtolas. ex quarum autoritate poſſet queſtionem exercere. In damaſcum. ſyrie ciuitatem nobilem. Huius vie. ideſt doctrine chriſtiane. Saule ſaule. in greco ſaul ſaul. quo nomine fuit hebreorum rex primus. ſed poſtea formatione latina factus eſt ſaulus. deinde paulus. Quem perſequeris. ſcilz in membris meis. Contra ſtimulū. Ex prouerbio dictum eſt etiam apud terentium celebrato contra ſtimulum calces. Comitabantur cum eo. ego dicerem comitabantur eum. Trahentes. ſcilz qui eum comitabantur. Nomine ananias. qui ex iudeo factus erat chriſtianus. de quo Actuum. xxij. In viſu. in ſomno. Rectus quia ſunt et vici in vrbibus obliqui. Jude. ad quem paulus diuerterat.**

**Tharſenſem. ex tharſo vrbe cilicie. Et vidit paulus. in viſione non ſolum virum ſed nomen quoqꝫ illius didicit.**

**Vas electionis. quia quemadmodum ſunt vaſa que fiunt in vſus ſordidos puta ſcalphium: trulla: matella. ita alia eliguntur in vſus honeſtos puta que ſunt altaris miniſterio comparata. Portet nomen meum. predicando chriſtum chriſtianamqꝫ religionē.**

**Oſtendam illi. per experientiam. Quanta. quam multos labores et pericula.**

ſacerdotū: & petiit ab eo epiſtolas in damaſcum ad
ſynagogas: ut ſi quos inueniſſet huius uiæ uiros ac
mulieres uinctos perduceret ieruſalem. Et cum iter
faceret: contigit ut appropinquaret damaſco. Et
circumfulſit eum lux de cœlo: & cadens in terram
audiuit uocem dicentem ſibi. Saule ſaule quid me
perſequeris. Qui dixit. Quis es domine? Et ille.
Ego ſum ieſus quem tu perſequeris. Durum eſt ti-
bi contra ſtimulum calcitrare. Et tremēs ac ſtupēs
dixit. Domine quid me uis facere. Et dominus ad
eum. Surge & ingredere ciuitatem: & dicetur tibi
quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comita
bantur cum eo ſtabant ſtupefacti: audientes quidē
uocem neminem autem uidentes. Surrexit autem
ſaulus de terra: apertiſqꝫ oculis nihil uidebat. Ad
manus autem illum trahentes: introduxerunt da
maſcum. Et erat ibi tribus diebus non uidens: &
non manducauit: nec bibit. Erat autem quidā diſci
pulus damaſci nomine ananias. Et dixit ad illum
in uiſu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego do
mine. Et dominus ad illum. Surge & uade in ui-
cum qui uocatur rectus: & quære in domum iudæ
ſaulum nomine tharſenſem. Ecce enim orat. Et ui-
dit uirū anniā nomine introeuntē: & imponentē ſi
bi manꝰ ut uiſum recipiat. Reſpondit aūt ananias.
Dn̄e audiui a multis de uiro hoc: quāta mala ſanctis
tuis fecerit in ieruſalē. Et hic habet poteſtatē a prin
cipibꝰ ſacerdotū alligādi oēs qui inuocant nomen
tuū. Dixit aūt ad eum dn̄s. Vade qm̄ uas electionis
mihi eſt iſte: ut portet nomē meū corā gētibꝰ & re
gibꝰ & filiis iſrael. Ego enī oſtedā illi quāta oporte
at eū ꝓ noīe meo pati. Et abiit ananias: & introiuit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Implearis ſpiritu ſancto. per baptiſmũ. Tanq̃ ſquãmę. ſ. piſcium. hoc eſt puſtulę ſiue ſcharę. Huc. i. antiochiam.

In feſto brigidę virginis.

in domum: & imponens ei manus dixit. Saule ſaule frater: dominus miſit me ieſus: qui apparuit tibi in uia qua ueniebas: ut uideas & implearis ſpiritu ſancto. Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tãquam ſquãmæ: & uiſum recepit. Et ſurgẽs baptizatus eſt. Et cum accepiſſet cibũ: confortatus eſt. Fuit autem cum diſcipulis qui erãt damaſci per dies aliquot. Et continuo ingreſſus in ſynagogam: prædicabat ieſum: quoniam hic eſt filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant & dicebant. Nonne hic eſt qui expũgnabat in ieruſalem eos qui inuocabant nomen iſtud. Et nũc ad hoc uenit: ut uinctos illos duceret ad principes ſacerdotum. Saulus autem multo magis conualeſcebat: & confundebat iudæos qui habitabant damaſci: affirmans quoniam hic eſt chriſtus.

Brigidæ uirginis. Eccleſiaſtici. Capi. li.

Domine deus meus: exaltaſti ſuper terram habitationem meam & pro morte defluenti deprecata ſum. Inuocaui dominum patrem domini mei: ut nõ derelinquat me in die tribulationis meæ & in tempore ſuperborum ſine adiutorio. Laudabo nomen tuum aſſidue: & collaudabo illud in cõfeſſione: & exaudita eſt oratio mea. Liberaſti me de perditione: & eripuiſti me de tempore iniquo. Propterea cõfitebor: & laudem dicam nomini tuo domine deus noſter.

Ignacii epiſcopi & mar. Eccleſiaſti. Ca. xxxi.

Beatus uir qui inuentus eſt ſine macula: & qui poſt aurum nõ abiit: nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic & laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in uita ſua. Qui probatus eſt

Domine deus meus exaltaſti. ex eccleſiaſtico cap. li. in quo laus & gloria cũ gratiarũ actione deo datur conferendo mihi vitę proſperitatem. Defluẽti. in quã defluimus: aut illa in nos. Deprecatus ſum. vt habeã finem bonum. Patrem dñi mei. i. meſſię venturi. Tribulationis. i. mortis. Superborũ. demones intelligit eo tempore ſuperbientes et criminantes. Aſſiduę. i. horis cõgruẽtibus. Exaudita eſt. i. ſic faciẽdo exaudietur. De perditione. ſ. gehenna. De tempore iniquo. i. de hac vita iniquitatibus obnoxia.

In feſto beati ignacij epi & martyris.

Beatus vir qui inuẽtus eſt. Ex eccleſiaſtico capi. xxxi. vbi legitur beatus diues. vbi autor diuitem immaculatũ cõmendat quod rarum eſt et difficile. vnde in euangelio ſaluator facilius inquit eſt camelũ per foramen acus intrare: quam diuitem in regnum cęlorũ. Poſt aurũ. p auariciam. Sperauit. conſtituẽdo in eo finem ſuum. Quis eſt hic: q. d. rarus eſt inuẽtu. Mirabilia. q2 nihil aliud eſt mirabile niſi qđ raro contingit. Probat⁹ in illo. ſ. auro.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Potuit tranſgredi. quia diuitię ſunt inſtrumenta ad male agendum. Bona illius. nam pro temporalibus accipit ęterna. Eccleſia ſanctorum. quia miſericordia illius ab omnibus laudabitur.

In feſto purificationis Marię virginis.

Ecce ego mitto angelū meū. Ex malachia ꝓpheta cap. iij. in quo precipue agitur de xp̄i aduētu atq; eius pręcurſore Joanne baptiſta ⁊ de preſentatione in tēplo qđ feſtū dici-

in illo: & perfectus inuentus eſt: & erit illi gloria æterna. Qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus: & facere mala & non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona ipſius in domino: & eleemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorum.

Purificatio beatæ mariæ. Lectio malachiæ prophetæ. Capi. iii.

Hec dicit dominus deus. Ecce ego mitto angelum meum: & præparabit uiam ante faciem tuam. Et ſtatim ueniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem uos queritis: & angelus teſtamēti quem uos uultis. Ecce uenit dicit dominus exercituū. Et quis poterit cogitare diē aduentus ei9. Et quis ſtabit ad uidendū eum. Ipſe enim quaſi ignis cōflans: & quaſi herba fullonū. Et ſedebit cōflans: & emūdans argentū: & purgabit filios leui: & conflabit eos quaſi aurū & quaſi argentū & erūt domino offerentes ſacrificia in iuſticia. Et placebit domino ſacrificiū iuda & ierusalem: ſicut dies ſæculi & ſicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens.

Cathedra ſancti petri. Lectio beati petri apoſtoli prima. Capi. primo.

Petrus apoſtolus ieſu xp̄i. Electis aduenis diſperſionis: ponti: galatiæ: capadociæ: aſiæ & bithiniæ ſecundū præſcientiam dei patris in ſanctificationē ſpiritus: in obediētiā & aſperſionē ſanguinis ieſu chriſti: gratia uobis & pax multiplicetur.

tur purificatiōis. Mitto angelū meū. i. ioannē nunciū ſiue precurſorem. Ante faciē tuā ad chriſtū dirigitur ſermo. Siue meam. q2 eadē eſt diuinitas patris ⁊ filij. Veniet ad templū. hoc facit ad feſtum. Teſtamenti. ſ. noui. Ecce venit. ꝑ veniet ad iudicium finale. Stabit. i. ſtare poterit pręfulgore. Herba fullonū. quę in ieremia dicitur borith. hiſpane xabonera. Emundās argentum. i. animas quaſi argētum. Filios leui. i. ſacerdotes. Colabit eos. i. mūdabit quaſi per colū. Dies ſeculi. i. ſacrificiū antiquum abel iuſti. Cętera patent.

In cathedra ſctī petri.

Petrus ap̄ls ieſu xp̄i. Ex prima petri epiſtola cap. pri. nā duas ſcripſit epiſtolas: quarū hāc primā ſcribit ad eos qui de gētilitate fuerāt cōuerſi. ideo dicit aduenis. poteſt fieri vt fuerit hebręi tamen peregrini. q2 dicit diſperſionis. Ponti galatię. omnes hę regiones ſunt aſię maioris ad quas nunc ſiluanus proficiſcebatur. Secūdum pręſcientiā. hoc refertur ad illud quod dixit electis. Spiritus. ſ. ſancti: cui attribuit ſanctificatio. In obediētia. q2 fuit obediēs patri vſq; ad mortē. Et aſperſionē. vnde oīa ſacramēta efficaciā habēt. Gratia vobis. v̄ba ſunt ſalutatiōis in ep̄larū principijs.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Benedictus deus. proſequit epiſtolã. Regenerauit nos. per baptiſmũ. In ſpem viuã. i. certã ⁊ ſolidã. Per reſurrectionẽ. vnde habemus ſpem reſurgendi. In hereditatẽ incorrupti. i. quę nũqꝫ terminat. In vobis. i. ꝑ vobis. Cuſtodimini per fidẽ. perſeuerãtes in bono. In tẽpore nouiſſimo. i. in finali iudicio. in quo oĩa occulta reuelabũtur. In quo exultabitis. eternaliter. Modicum nunc. i. temporaliter. Probatio fidei. in tribulationibus. Quod ꝑ ignẽ ꝓbatur. ſicut vos ꝓbamini per tentationes. Inueniat. i. cedit vobis in laudem ⁊c. In reuelatione ieſu xp̄i. i. in die iudicij vt diximꝰ.

In feſto ſanctę helenę.

MUlierem fortẽ quis inueniet? Ex libro prouerbiorũ ſalomonis cap. xxxi. quę ſit hęc mulier fortis inter expoſitores non ſatis conſtat: ſed prima frõte videtur ſalomon intelligere probam matronã atqꝫ rei familiaris prouidã gubernatricem. Quis inueniet. q. d. tantũ bonũ raro poteſt inueniri. Preciũ eius. qꝛ huiuſmodi merx precioſa eſt. Nõ indigebit. quia domum habebit ſupellectili cũcta ornatam. Ei bonum. i. ſponſo ſuo. Lanam ⁊ linum. i. materiam vnde faciat veſtes ⁊ ſupellectilia. Conſilio. i. arte nendi et texendi. Nauis inſtitoris. i. mercatoris a longe portanti merces ſuas. Surrexit. i. ſummo mane: vt comparet cibos familię. Predã. in hebręo habetur annonã. Agrũ. aptũ plãtationi. Manuum ſuarum: quę aliunde lucrata eſt. Lumbos ſuos. i. libidinẽ repreſſit. Brachiũ ſuũ. ad fortiter agendũ. Negociatio eius. in ĳs quę ſupra memorauit. In nocte per quam poteſt intelligi mors. Ad fortia. in hebręo eſt ad vertibulũ hoc eſt circulũ qui

Benedictus deus& pater domini noſtri ieſu chriſti qui ſecundũ magnã miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem uitæ æternæ per reſurretionẽ ieſu chriſti ex mortuis in hereditatẽ incorruptibilẽ & incontaminatã: & immarceſſibilẽ conſeruatam in cœlis: in uobis qui in uirtute dei cuſtodimini per fidẽ. in ſalutẽ paratã reuelari in tempore nouiſſimo. In quo exultabitis modicum nunc ſi oportet cõtriſtari in uariis tentationibus: ut probatio ueſtræ fidei multo precioſior ſit auro quod per ignem probatur: inueniatur in laudem & gloriam & honorẽ & reuelatiouem ieſu chriſti domini noſtri.

Sancte helenæ. Prouerbiorum Capi. xxxi.

MVlierem fortẽ quis inueniet. Procul & de ultimis finibus preciũ eius. Confidit in ea cor uiri ſui: & ſpoliis non indigebit. Reddet ei bonum & non malũ: omnibus diebus uitæ ſuæ. Quæſiuit lanam & linũ: & operata eſt conſilio manuum ſuarũ Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portãs panem ſuum. De nocte ſurrexit: deditqꝫ prædam domeſticis ſuis: & cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrũ & emit eum: de fructu manuũ ſuarum plantauit uineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos: & roborauit brachium ſuum. Guſtauit & uidit quoniã bona eſt negotiatio eius. Nõ extinguetur in nocte lucerna eius. Manũ ſuã miſit ad fortia: & digiti eius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fuſo appenditur. A frigoribus niuis.i.ab hyeme. Duplicibus.indumentis duplicatis. Stragulatam veſtem.i. quę ſterni poſſit in lecto aut in ſolo aut menſa. Byſſus.genus lini. Purpura.qua byſſus inficitur. Nobilis.quia ex vxore honor illi accedet. Cananęo.hic ꝑ mercatore ponitur: alioqui nomen eſt patrię. In die nouiſſimo.i.iudicij. Gratia et pulchritudo. quę dotes in muliere cum ętate fluunt. Laudabitur.ſcꝫ ſine fine. In portis. vbi eſt hominum concurſus frequens.

apprehenderunt fuſum. Manum ſuam aperuit inopi: & palmas ſuas extendit ad pauperem. Non timebit domui ſuæ a frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius ueſtiti ſunt duplicibus. Stragulatã ueſtem fecit ſibi: byſſus & purpura indumentum eius Nobilis in portis uir eius quando ſederit cũ ſenatoribus terræ. Sindonem fecit & uendidit: & cingulum tradidit cananæo. Fortitudo & decor indumẽtum eius: & ridebit in die nouiſſimo. Os ſuum aperuit ſapientiæ: et lex clementiæ in lingua eius. Conſiderauit ſemitas domus ſuæ: & panem ocioſa non comedit. Surrexerunt filii eius & beatiſſimam prædicauerunt: et uir eius laudauit eam. Multæ filiæ cõgregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es uniuerſas. Fallax gratia et uana eſt pulchritudo. Mulier timẽs deum ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuũ ſuarum: & laudent eam in portis opera eius.

## Gregorii papæ. Ecleſiaſtici. Capi.xlvii.

DEdit dominus confeſſionẽ ſancto ſuo: & excelſo in uerbo gloriæ. De omni corde ſuo laudauit dominum & dilexit deum qui fecit illũ: & dedit illi cõtra inimicos poteſtatem. Et ſtare fecit cantores cõtra altare: et in ſono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibꝰ decus: & ornauit tẽpora uſqꝫ ad conſumationem uitæ. Chriſtus purgauit peccata ipſiꝰ: & exaltauit in æternũ cornu ipſiꝰ. Sapiẽtia laudauit aĩam ſuã: & in dño honorificabitur: & in medio populi ſui gloriabitur: et in plenitudine ſancta admirabitur. Et in multitudine electorũ habebit laudẽ: et inter benedictos benedicetur.

In feſto gregorij papę.

COnfeſſionẽ ſancto ſuo ⁊ excelſo. ex eccleſiaſtico capi.xlvij.quo in loco autor laudes dauid regis ꝓſequitur. quę poſſunt accõmodari pontifici gregorio dicẽs. In omni opere dedit confeſſionem ſancto. i. deo qui ſanctus ſanctorum eſt. In verbo glorię.i.gloriam de omnibus attribuendo. Dedit potentiam.ſcꝫ deus ipſi dauid. aut qđ dauid ipſum deũ dixit potentẽ ⁊ ſibi adiutorem. Cantores.quos dauid inſtituit cum holocauſtũ ⁊ res diuina peragebatur. Modos.i.modulationes pſalmorum. Dedit deus.i.honores Ornauit tempora.i.feſta per annum digeſta. Chriſtus.i.deus homo. Peccata ipſiꝰ.i.dauid adulteria et homicidia. Cornu ipſiꝰ.i.regni potentiã et dignitatẽ. Quę ſequuntur aliunde ſunt ⁊ patent.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In feſto gabrielis arcangeli.

Ecce vir gabriel. Ex daniele propheta cap. ix. in quo poſt orationē danielis ponitur reuelatio illi facta per gabrielem. Uir gabriel. i. angelus in ſpecie viri. A principio. ſ. in capite pręcedenti. Tetigit me. i. excitauit. Sacrificiū veſpertini. nam per totā diem orauerat vſqꝫ ad veſperā. Egreſſus ſum. ſ. a deo ⁊ veni ad te. Egreſſus eſt ſermo. i. dei ſentētia de futuris. Uir deſideriorū. i. deſiderans ſcire futura. Animaduerte. illum facit beniuolum et attentū. Septuaginta hebdomadę. eſt hebdomada ſeptē dierū. ſeptem menſium. ſeptē annorum ſeptuaginta annoꝝ ſicut hoc in loco. vbi per ſeptuaginta hebdomadas intelligūtur quadringenti nonaginta anni: vſqꝫ ad xp̄i aduentū. Abbreuiatę ſunt. ideſt regiſtratę in dei preſcientis. Finem accipat peccatū. per chriſti paſſionē. Prophetia. ſ. de chriſto predicta. Ungatur ſanctus. vnde meſſias interpretatur vnctus.

Georgij martyris.

Expectatio iuſtorū leticia. Ex libro ꝓuerbiorum cap. x. in quo Salomon filium inſtituens cōtinuat pręcepta et admonitiones ſuas.

Leticia. quoniam beatitudinem ſequitur voluptas vt Ariſtoteles li. x. Ethicorum ſcribit. Uia domini. i. eiꝰ iuſticia ſimplices premiando. Nō commouebitur. a ſtabilitate virtutis. Os iuſti. alios docēdo. Placita deo ⁊ viris bonis. Diriget eos. ſ. in beatitudinem. Supplātatio. qua decipiūt ſimplices. Iuſticia rectoꝝ. ſubaudi iudicū. Iuſtꝰ de āguſtia. ſicut dauid ⁊ alij ſctī. Impiꝰ. ſicut abſalom ꝓpter impietatē i patrē. Simulator ore. i. hypocrita adulator.

Grabielis arcāgeli: Lcō danie. ꝓphe. Ca. ix.

Ecce vir Gabriel quem uiderā in uiſione a principio cito uolans tetigit me: in tempore ſacrificii ueſpertini docuit me: et locutus eſt mihi: dixit ꝙ danieli. Nunc egreſſus ſum ut docerē te: & intelligeres. Ab exordio præcum tuarum egreſſus eſt ſermo. Ego autem ueni ut iudicarem tibi: quia uir deſideriorum es. Tu uero animaduerte ſermonem & ītellige uiſionē. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum: & ſuper urbē ſanctam tuam ut conſumetur præuaricatio: & finem accipiat peccatum: et deleatur iniquitas: et adducatur iuſticia ſempiterna: et impleatur uiſio et ꝓphetia: et ungatur ſanctus ſanctorum.

Georgii marty. Lcō ſapiē. ꝓuer. Ca. x. & xi.

Expectatio iuſtorum lætitia: ſpes autem impiorum peribit. Foritudo ſimplicis uia domini: et pauor his qui operantur malū. Iuſtus in æternum non commouebitur: impii autem non habitabunt in terra. Os iuſti parturit ſapientiam: et lingua prauorum peribit. Labia iuſtorum conſiderant placita: os autem impiorum peruerſa. Simplicitas iuſtorum diriget eos: et ſupplantatio perverſorum uaſtabit illos. Iuſticia rectorum liberabit illos: et in inſidiis ſuis capientur iniqui. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicū ſuum: iuſti liberātur

Scientia. per quam ſciunt diſtinguere inter amicũ ⁊ adulatorem. In bonis iuſtorum. i. qui procurant reip. vtilitatem. Erit laudatio. quia laudabitur qui perdit impios. Benedictione iuſtorum. i. oratione.

In feſto marci euangeliſte.

SImilitudo vultus quattuor animaliũ. Ex iezechiele propheta cap. pri. In quo ponitur viſio pręſidentis ⁊ quattuor animalium per quos intelligimus quattuor euangeliſtas quorum vnus eſt marcus qui vitulo aſſimulatur.

ſcientia. In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorũ erit laudatio. In benedictione iuſtorum exaltabitur ut ciuitas.

Marci euange. Lectio ezechie. prophe. Ca. i.

SImilitudo uult⁹ quatuor animaliũ: facies hominis & facies leonis a dextris ipſorum quattuor. Facies aũt bouis a dextris ipſorum quattuor Et facies aquilæ deſuper ipſorũ quattuor. Et facies eorũ & pennæ eorũ extẽtæ deſuper. Duæ pẽnæ ſingulorũ iungebantur: & duæ tegebãt corpora eorũ. Et unumquodq; eorũ coram facie ſua ambulabat. Vbi erat impetus ſpiritus: illuc gradiebantur: nec reuertebãtur cũ ambularent. Et ſimilitudo animaliũ & aſpectus eorũ: quaſi carbonũ ignis ardentiũ: & quaſi aſpectus lãpadarum. Hæc erat uiſio diſcurrens in medio animaliũ. Splendor ignis: & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant & reuertebantur in ſimilitudinem ignis coruſcantis.

Petri martpris. Pauli ad timotheũ. ii. Cap. ii.

NEmo militans deo: implicat ſe negociis ſecularibus ut ei placeat cui ſe probauit. Nam & q certat in agone: non coronabitur: niſi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige quæ dico. Dabit enim tibi de⁹ in omnib⁹ intellectum. Memor eſto dominum ieſum chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine dauid ſecundum euangelium meum:

A dextris. a parte dextra. reſpectu prophetę viſionem videntis. Facies aquilę. quę erat deſuper in parte poſteriori. Extentę deſuper. quia videbãtur reſpicere ſuperiora. Iungebãtur in extremitatibus. Duę. quę non erant extentę ad volandum. Ambulabant non circũagendo corpus Quaſi carbonũ ignis. i. fulgẽtia quaſi ignis ex carbonibus. Lãpadarũ i. faciũ ardentiũ. Hęc erat viſio. ſ. ignis ⁊ fulgur erumpẽs ex medio.

Petri ⁊ pauli martyrum.

NEmo militans deo. Ex epiſtola ſecunda ad timotheũ. capi. ij. in q̃ ap̃ls hortatur illũ vt ſit ſolicitus in officio prędicãdi. Militans deo. in officio alios docẽdi. Cui ſe probauit. i. approbari voluit cui⁹ ſeruitio ſe deuouit. In agone. in ludis olympicis vbi victores coronantur. ⁊ ita in noſtra religione. Laborãtem agricolã. exẽplo agricolę dicit prędicatorem vbi laborat inde debere victũ accipere. Intellige quę dico. quia loquor tibi in figuris ⁊ exẽplis. Memor eſto. pręmiũ laborantibus proponit. Secundum euangelium meum. quod accepi a xp̃o prędicandum.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in quo laboro uſq; ad uincula: quaſi male operans ſed uerbum dei non eſt alligatum. Ideo omnia ſuſtineo propter electos: ut & ipſi ſalutem conſequãtur: quæ eſt in chriſto ieſu cum gloria cœleſti.

Philippi & iacobi. Lectio. ſapiẽtiæ. Capi. v.

STabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt: & qui abſtulerunt labores corũ. Videntes turbabuntur in timore horribili: & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis: gementes præ anguſtia ſpiritus: dicentes intra ſe: pœnitentiam agentes: & præ anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum: & in ſimilitudinem improperii. Nos inſenſati uitam illorum extimabamus inſaniam: & finẽ illorum ſine honore. Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios dei: & inter ſanctos ſors illorum eſt.

Inuentio ſanctæ crucis. Pauli ad galatas. Capi. v. & vi.

FRatres. Confido de uobis in domino: ꝙ nihil aliud ſapietis. Qui autem conturbat uos: portabit iudicium: quicunq; eſt ille. Ego autem ſi circũciſionem adhuc prædico: quid adhuc perſecutionem patior? ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis. Vtinam & abſcindantur qui uos conturbant. Quicunq; enim uolunt placere in carne: hi cogunt uos

Uſq; ad vincula. videtur paulus eſſe in carcere quo tempore hanc epiſtolã ſcribit. Quaſi male operãs. i. facinoroſus. Alia expoſita ſunt. In feſto philippi ⁊ iacobi.

STabunt iuſti in magna conſtantia. Ex libro ſapientię. cap. v. in fine capitis ſuperioris dixit in die iudicii quales erunt mali. Nunc vero quales iuſti. In magna conſtantia. cum chriſto iudicantes. Qui ſe anguſtia. nocẽdo illis. Labores corũ. i. bona quę laborauerũt. Videntes. ſ. mali. Mirabuntur. ſcʒ illos quos leſerãt in gloria poſitos. In ſubitatione. i. non ſperatã ſalutem ſubito perueniſſe. Dicẽtes intra ſe. nõ exprimit tamen quid dicãt. Penitentiã. quę tamẽ nihil ꝓficiat illis: ſed noceat. In deriſum. ideſt quos deridebam⁹. Improperii. i. obprobrii. Inſenſati. i. futurorum improuidi. Inſaniam. quia contemnebãt bona tẽporalia. Sine honore. q̄ moriebantur quaſi ignominioſi ⁊ nocentes. Inter filios dei. quos ſibi heredes inſtituit. In feſto inuentionis ſanctę crucis.

COnfido de vobis in dño. Ex epiſtola Pauli ad galatas capi. v. ⁊. vi. in quib⁹ dicit apoſtolus ſe bene de galatis ſperare. ⁊ quod monitiones ſuas ſeruabant. Nihil aliud. ꝙ qđ a me vobis pręđicatũ eſt. Cõturbat vos dicẽs quod ſine circũciſione ſalui eſſe nõ poteſtis. Iudiciũ. i. penam. Quid perſecutionẽ patior. quia non ob aliã rem perſequũtur me iudei. Scandalũ crucis. q̄ hoc erat quod iudei ſcãdalizabãtur qđ pręđicabat xp̄m crucifixum atq; legẽ moſaicam auferebat inducens chriſti nouam. Abſcindantur. i. a nobis ſeparentur. Conturbãt vos. dicẽtes circũciſionẽ neceſſariã ad ſalutẽ. Quicũq; volũt placere. quę ſequunẽ ſunt ex capite. vi. multis x̄bis interpoſitis. In carne. pręđicando legalia ſimul cum euangelio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tantũ.i.hoc faciũt ne iudeos offendãt timẽtes illorũ perſecutionẽ propter xp̃m. Legẽ cuſtodiunt.quia in pleriſqꝫ preuaricãtur. In carne veſtra.i.qd fecerint vos per circũciſionem ſue opinionis. Alia patent.

In feſto gordiani ⁊ epimachi.

Reddet deꝰ mercedẽ laborꝝ.Ex libro ſapiẽtię cap.x.In originali eſt reddidit iuſtus.ſ.iudeis exeuntibus ex egypti quibus pręcepit vt ſpoliarent egyptios quaſi iuſte id facerent pro mercede ſuorũ laborum.

circuncidi:tantum ut crucis chriſti perſecutionem non patiantur:nec enim qui circunciduntur legem cuſtodiunt: ſed uolunt uos circũcidi:ut in carne ueſtra gloriẽtur.Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri ieſu chriſti.Per quem mihi mundus crucifixus eſt:& ego mundo.

Gordiani & epimachi.Lectio libri ſapiẽ.Ca.x.

Reddet deus mercedem laborum ſanctorũ ſuorũ:& deducet illos in uia mirabili:& fuit illis in uelamento diei:& in luce ſtellarum per noctem. Tranſtulit illos per mare rubrum:& tranſuexit eos per aquam nimiam. Inimicos autẽ illorum demerſit in mare:et ab altitudine inferorũ deduxit illos. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum:& decantauerunt dñe nomen ſanctũ tuum.Et uictricem manum tuam laudauerunt pariter domine deus noſter.

Sancti iuonis.Lectio ſapientiæ.Capi.x.

Iuſtũ deduxit dominꝰ per vias rectas & oſtẽdit illi regnum dei:& dedit illi ſcientiam ſanctorum.Honeſtauit illum in laboribus:& compleuit labores illius.In fraude circunuenientium illũ affuit illi:& honeſtum fecit illum.Cuſtodiuit eum ab inimicis:et a ſeductoribus tutauit eum:& certamen forte dedit illi ut uinceret:& ſciret quoniã omnium potentior eſt ſapientia. Hæc uenditum iuſtum non derelinquit:ſed a peccatoribus liberauit eum.Deſcẽditqꝫ cum illo in foueã:& in uinculis

In via mirabili.i.per ſiccũ in medio mari. In velamẽto diei.p nubem. In luce ſtellarum per ignẽ. Inferorũ.i.a ꝓfunditate maris. Tulerunt ſpolia.ſ.egyptiorũ in mari extinctorꝝ. Decantauerũt.ſ.canticũ illud quod ſcriptũ eſt Exo.xv.hoc eſt cãtemus dño. Sed officij huius cõcinnator mutauit tẽpora ex preterito in futurum.

In feſto ſcti iuonis.

Iuſtũ deduxit dñs.ex libro ſapiẽtię cap.x.vbi loquit̃ de iacob profugo. Nã in originali habetur.hęc aũt profugum irę fratris iuſtũ deduxit.ſ.iacob:⁊ nunc iuonem. Regnum dei.quãdo vidit ſcalã cuius ſummitas tangebat cęlum. Sanctorum.ſ.angelorũ aſcendentium ⁊ deſcendentiũ. In laboribus ſeruientem laban ſocero ſuo. Labores illiꝰ.accipientis loco mercedis vxores duas. Ab inimicis.a laban ⁊ filijs illius ex Geneſi cap.xxxi. Certamẽ forte.quia luctatus eſt cũ angelo Genc.xxxij. Ut vinceret.ſ.eſau fratrẽ ſuũ

Uenditũ iuſtũ.i.ioſeph quem fratres vendiderunt iſmaelitis. A peccatoribus.i.a fratribus in eũ peccãtibus. Deſcẽdit in foueã.i.in carcerẽ in quẽ miſſus eſt ob ſimulatũ ſtuprũ.

m ii

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sceptrum ⁊ potentiam. quę illi pharaon communicauit. Deprimebant. criminantes illum apud regem.

In feſto nicomedis ⁊ reueriani.

Spectaculū facti ſumus. Ex prima ad corinthios ep̄la cap. iiij. in quo apoſtol⁹ aſſignat cauſam quare cōtēnebatur oībus. Spectaculū. i. monſtrū ad quod videndū oēs concurrebāt admirantes illorum patientiam. Angelis quia angeli etiam ſtupebant. Stulti opinione male de nobis ſentientiū. Uſq; in hāc horam. i. a tempore quo fidem recepiſtis. Inſtabiles ſumus. i. non habemus domicilium ſtabile. Manibus noſtris. qd̄ apoſtolus faciebat ne alios grauaret. Maledicimur. qd̄ iubet chriſtiana religio. Blaſphemamur. ⁊ oram⁹ ꝓ blaſphemantibus. Purgamēta. i. immundicię. Omnium peripſema. i. putamen ſiue ramentum a peripſao quod eſt rado. is.

nō derelinquit eū: donec afferret illi regni ſceptrū & potentiam aduerſus eos qui eum deprimebant: & mendaces oſtendit qui maculauerunt illū: et dedit illi claritatē æternam dominus deus noſter.

Nicomedis & reueriani. Lectio ad corinthios. i. Capi. iiii.

FRatres. Spectaculū facti ſumus mūdo & angelis et hominibus. Nos ſtulti ꝓpter xp̄m: nos autē prudentes in xp̄o. Nos infirmi: nos aūt fortes Vos nobiles: nos aūt ignobiles. Vſque in hanc horam: et eſurimus et ſitimus: et nudi ſumus et colaphis cædimur: et inſtabiles ſumus: et laboramus operantes manibus noſtris. Maledicimur & benedicimus. Perſecutionem patimur: & ſuſtinemus. Blaſphemamur & obſecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema uſq; adhuc. Non ut confundam nos hæc ſcribo: ſed ut filios meos chariſſimos moneo in chriſto ieſu domino noſtro.

In feſto marcellini ⁊ petri.

Reſpondens vnus de ſenioribus. Ex libro apocalypſis capi. vij. in quo Joannes inſtruitur de prędictis martyrū nomine. Qui ſunt: ſenior ille ioannem interrogat. Sed ioannes dicit ſe neſcire. atq; a ſeniore doceri petit. Tu ſcis. i. qui cum illis agis. De tribulatione. ſcilꝫ martyrū. In ſanguine agni. quē et ipſi pro eius nomine fuderunt. Ante thronū dei. videntes eum facie ad faciem. Habitabat. q2 nō poſſunt ab eo auelli. Non eſurient. i. nullam calamitatē patiētur.

Marcellini & petri martyrū. Apoca. Ca. vii.

IN diebus illis. Reſpondens unus de ſenioribus dixit mihi. Beati qui amicti ſunt ſtolis albis. Qui ſunt & unde uenerunt? Et dixi illi. Domine mi tu ſcis. Et dixit mihi. Hi ſunt qui uenerūt de magna tribulatione & lauerunt ſtolas ſuas: & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Ideo ſunt ante thronum dei: & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius Et qui ſedet in throno: habitabit ſuper eos. Nō eſurient neq; ſitient amplius: nec cadet ſuper eos ſol nec ullus æſtus. Quoniā agnus qui in medio thro-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ad fontes aquarum.quia dixit de ſole ⁊ de eſtu:in quibus homines ſitire conſueuerunt. Omnem lachrymam.quia non habebunt materiam vnde poſſint illachrymare.

In feſto quirici ⁊ iulitę.

IUſti aũt in perpetuũ viuẽt.Ex libro ſapiẽtię cap.v.in quo ponit autoꝛ ſtabilitatẽ iuſtoꝝ. Uiuẽt.ſ.vitã glorioſam. Merces eoꝝ.nõ in hac vita ſed in futura. Apud altiſſimum ad quẽ oĩa referũt. Regnũ ⁊ diadema. qꝛ regnabũt cũ eo coronati.reget eos reponẽdo in beatitudine. Brachio ſuo.qꝛ ꝓteget ne poſſint amittere fęlicitatẽ ſemel adeptam Zelus illi⁹ ad vlciſcendos.ſ.iniquos. Creaturã.i.hoĩes in vltionem.⁊ quę ſint arma illa ſubdit. Pro thorace ⁊ galea.qꝛ nõ poterit deflecti a rectitudine vlla vi. Scutum ĩexpugnabile.idẽ ex alia armatura dicit. Emiſſiones.ſ.fulgurũ ⁊ fulminũ quę in illos mittentur in certũ locum.qꝛ in interitum indubitatum.

ni eſt reget eos: & deducet eos ad uitæ fontes aquarũ. Et abſterget de⁹ oẽm lachrymã ab oculis eorũ.

Quirici & iulitæ. Lctõ ſapiẽtiæ. Ca.v.

IUſti aũt in perpetuum uiuent: & apud dñm eſt merces eorum. & cogitatio illorũ apud altiſſimum. Ideo accipient regnum decoris: & diadema ſpeciei de manu domini: quoniam dextra ſua teget eos & brachio ſancto ſuo defendet illos. Accipient armaturam zeli illius: & armabit creaturam. ad ultionem inimicorũ. Induent pro thorace iuſticiam: & accipient pro galea iudiciũ certum. Sument autẽ ſcutum inexpugnabile æquitatem: ibũt directæ promiſſiones. Et ad certum locum deducet illos dominus deus noſter.

Geruaſii & protaſii. Lectio ad romanos. Capi. viii.

FRatres: Scimus quoniam diligentibus deũ: omnia cooperantur in bonũ: his qui ſecundum propoſitum uocati ſunt ſancti. Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui: ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit: hos & uocauit. Et quos uocauit: hos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit: illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis quis contra nos? Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit: ſed ꝓ

In feſto geruaſij et protaſij.

SCimus quoniã diligẽtibus deũ. Ex epiſtola ad Romanos capi. viij.in quo oſtenditur q̃d premiũ conſequãtur deo adherentes illumq3 diligentibus quod bonum conſequatur. Secundum propoſitum. i. predeſtinationem. Quos preſciuit. ſcʒ futuros ſanctos.hos prędeſtinauit ⁊ non alios. Imagini filij eius. qꝛ in hoc ſumus ſimiles quoniã heredes diſſimiles.qꝛ adoptiui illi aũt per naturã. Ipſe primogenitus.nos autẽ poſt illũ adoptiui. Quos prędeſtinauit.ex q̃ infertur q̃d nemo venit ad illũ niſi ſit a deo tract⁹. Quid dicem⁹ ad hęc? q.d. heremus ⁊ neſcim⁹ quid dicam⁹. Si deus ꝓ nobis.ſubaudi ſtat.ſiue pugnat. Quis contra nos? ſubaudi erit.q.d.nullus. Proprio filio.ſ.naturali.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tradidit illum.ſ.morti. Cum illo.nam non ſolum filium nobis donauit:ſed etiam cum illo omnia alia. Quis accuſabit.ſ.in die iudicij.q.d.nemo. Qui iuſtificat.ꝛ feret pro electis ſententiam. Quis eſt qui condemnet. nemo quoqꝫ quoniam habemus iudicem fauorabilem. Interpellat ꝑ nobis. ꝛ ita tollitur omnis cauſa condemnationis. Quis ergo.conclu dit ex ſuperioribus adherendum eſſe chriſto. Sicut ſcriptum eſt. pſalmo xliij. Mortificamur.ſ. ad mortem per tormenta ducimur. Propter eũ qui dilexit nos.ſ.propter chriſtum. Quę ſequũtur clara ſunt.

nobis oĩbus tradidit illũ. Quomodo nõ etiam cũ illo oĩa nobis donauit? Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat.Quis eſt qui condẽnet? Chriſtꝰ ieſus qui mortuus eſt: immo & qui reſurrexit qui eſt ad dexteram dei: qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos ſeparabit a charitate chriſti?Tribulatio:an anguſtia: an pſecutio: an fames: an nuditas:an periculum:an gladius. Sicut ſcriptum eſt. Quia ꝓpter te mortificamur tota die:extimati ſumꝰ ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eũ qui dilexit nos. Certus ſum enim quia nec mors:nec uita: nec angeli: nec principatus:nec poteſtates: nec uirtutes: nec inſtantia:nec futura:nec fortitudo:nec altitudo nec profundum: nec creatura alia poterit nos ſeparare a charitate dei:quæ eſt in xp̃o ieſu dño noſtro.

In vigilia ſancti Joannis.

Factum eſt verbum domini ad me. Ex ieremia ꝓpheta cap. pri. quę de ieremia hoc in loco dicuntur accommodãtur ioãni baptiſte. Priuſquam te formarẽ. verba ſunt dei ad ieremiam. Noui te.ſ.noticia predeſtinatiõis. Sctificaui te purgando ab originali peccato. Prophetã.ſ. officium ꝓphetãdi dedi. Aaa. ṽba ſunt ieremię excuſantis ſe ab eo munere.ꝛ eſt interiectio recuſantis apud hebręos duarũ ſyllabarũ. Puer ſum.infans nõ potẽs loq̃. Miſit manũ ſuã.hoc viſum eſt prophetę viſione imaginaria. Sup gẽtes non ſolũ ſup hebręos ſed etiã ſup gẽtiles. Euellas diſperdas ꝛc. ſ.denũcies euellãda et diſperdenda. ꝛ eodẽ modo q̃ ſequunt̃.

Vigilia ſancti Ioannis baptiſtæ.

Ieremiæ ꝓphetæ. Capi.i.

IN diebus illis: Factum eſt uerbum dñi ad me dicens. Priuſq̃ꝫ te formarem in utero noui te: & anteq̃ꝫ exires de uulua ſanctificaui te: & prophetam in gẽtibus dedi te: & dixi.a.a.a. domine deus. Ecce neſcio loqui: quia puer ego ſum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere quia puer ego ſum: quoniam ad oĩa quæ mittã te ibis: & uniuerſa quæ mãdauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum quia ego tecũ ſum: & eruã te dicit dñs. Et miſit dominꝰ manũ ſuam & tetigit os meũ. Et dixit dñs ad me. Ecce dedi uerba mea ĩ ore tuo. Ecce cõſtitui te ſup gẽtes & ſup regna: ut euellas & deſtruas: & diſpdas & diſſipes: & ædifices: & plãtes. Dicit dñs omp̃s.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In die feſto ſancti ioannis.

PRimus ad ſion dicet. Ex eſaia propheta partim. xli. ꝛ partim. xlij. ꝛ ad litteram exponitur de liberatione populi iſraelitici de captiuitate babylonis. Primus. i. deus qui eſt primus ꝛ nouiſſimus. Ad ſion. ad habitatores ieruſalem. Adſum. vt vos liberem. Euangeliſtam. i. bonum annunciantem. hoc eſt prophetiam.

In die ſancti Ioannis baptiſtæ.
Eſaiæ prophetæ. Ca. xli. xlii.

HEc dicit dominus deus: Primꝰ ad ſion dicet: ecce adſum: & ieruſalem euangeliſtam dabo. Ecce ſeruus meꝰ ſuſcipiam eum: electus meus complacuit ſibi in eo anima mea. Dedi ſpiritum meū ſuper eum iudicium gentibus proferet. Non clamabit nec accipiet perſonam: nec audietur foris uox eius. Calamum quaſſatum non conteret: & lignū fumigans non extinget. In ueritate educet iudicium: non erit triſtis nec turbulētus: donec ponat in terra iudicium: & legem eius inſulæ expectabunt. Ego creans cœlos & extendens eos: firmans terram & quæ germinantur ex ea dans flatū populo qui eſt ſuper eam: & ſpiritum calcantibus eam. Ego dominus uocaui te in iuſticia: & apprehendi manū tuam. Et ſeruaui te: & dedi te in fœdus populi in lucem gentium. Contabuerunt & contrita ſunt: non potuerunt ſaluare portantem. Qui portamini a meo utero: qui geſtamini a mea uulua uſq; ad ſenectam ego ipſe & uſq; ad canos ego portabo & ſaluabo. Cui aſſimilaſtis me & adequaſtis & feciſtis ſimilem? Redemptor noſter nomē illius ſanctus iſrael.

Ad miſſam maiorem. Eſaiæ
prophetæ. Capi. xlix.

Ecce ſeruus meus. hoc ex cap. xlij. de chriſto cōmodius intelligitur quē ſeruum vocat: qua homo eſt. Spiritum meum. plenitudinē gratię ſpiritus ſancti. Non clamabit cōtentioſe. Vox foris. q2 nō pędicauit niſi iudęis quia miſſus eſt ad oues quę perierunt de iſrael. Calamū quaſſatū. i. populum gentilē. Linū fumigans. i. populū iudaicum. Educet iudiciū. i. iudicabit. Inſulę. habitatores inſularum. vt cyprus. ſicilia. rhodus. Creās cęlos. quia ſicut cęlum creauit ita et hominem ſaluabit. Flatum i. ſpiritū vitalē. Vocaui te in iuſticia. q2 chriſtꝰ ſatiſfecit ꝓ peccato adā quod fuit opus iuſticię. In fędus populi. quia eius ſanguine firmatum eſt teſtamentum et pactū hominis cum deo. Lucem gentium. de qua Lucas Lumen ad reuelationem gentium. De concluſione. i. de carcere inferorum. Contabuerūt hoc ex. xlvi. capite ſumptum eſt. Contrita ſunt ſcilꝫ idola. Anima eoꝝ i. ſacerdotum qui in captiuitatē ſunt ducti. Qui portamini a meo vtero. i. qui afficior vobis quaſi filijs quos genui. Vſq; ad canos. i. vſq; ad ſenectutē. Aſſimulaſtis me. fabricando idola. Redemptor noſter. hoc aliunde ſumptum eſt.

In eodem feſto Ad miſſam maiorem.

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

Audite inſule ⁊ attendite. Ex eſaia propheta cap. xlix. hec prophetia de xp̄o etiam in ſenſu litterali exponitur. poſſunt tamen hec verba quodam modo de ioanne dici. Audite inſule. attentionē auditorū petit a rei magnitudine. Ab vtero vocauit me. hoc in perſona xp̄i dicitur: de quo exiſtenti in vtero dixit angelus vocabis nomen eius ieſum. Quaſi gladium. vehementiam chriſti ſermonis exprimit. In vmbra manus ſue. i. ſub poteſtate.

Sicut ſagittā. ad trāſfigendum eos qui reprehēdebat. In pharetra ſua i. maieſtatis ſue prouidētia. Seruus meus ratione humanitatis. Tu iſrael. ſic appellatur chriſtus q: ex ſemine iſrael: aut a nominis etymologia quaſi videns deum. In te glorìabor. per miracula. Formās ex vtero. quia ab inſtanti conceptionis corpus chriſti fuit formatū et animatū. Ut reducam iacob. i. populū iſrael per doctrinā meā. Nō cōgregabitur. q: ex iudeis pauci credēt. In lucem gētium. que ſuccedent in hereditatē iacob. Salus mea. i. quā ego mitto. Reges videbūt. ſ. xp̄i miracula. Qui te elegit. ſubaudi o chriſte.

In feſto ioānis ⁊ pauli.

Quis nos ſeparabit a charitate. iā expoſita eſt ſupra in feſto geruaſij ⁊ protaſij martyrum.

In vigilia petri et pauli apoſtolorū.

Petrꝰ ⁊ ioānes aſcēdebant. Ex actibus apſoꝶ cap. iij. in q̄ ponit miraculū de claudo ſanitati a petro reſtituto.

Hec dicit dominus: audite inſulæ & attendite populi de longe. Dn̄s ab utero uocauit me: de uētre matris meæ recordatus eſt nominis mei. Et poſuit os meū quaſi gladiū acutum: in umbra manus ſue protexit me. Et poſuit me ſicut ſagittā electam. In pharetra ſua abſcondit me & dixit mihi. Seruus meus es tu iſrael. quia in te glorificabor. Et nunc hæc dicit dominus. Formās me ex utero ſeruum ſibi. Dedi te in lucem gētium: ut ſis laus mea uſq; ad extremū terræ. Reges uidebūt & conſurgent principes & adorabūt dominū deum tuum: & ſanctum iſrael qui te elegit.

Ioannis & pauli. Lc̄tō pauli. ad Romanos. Capi. viii.

Fratres: Quis nos ſeparabit a charitate dei. Tribulatio: an anguſtia: an pſe. &c. ut ſupra.

In uigilia petri & pauli. Lc̄tō. actuū. Ca. iii.

In diebus illis. Petrus & ioannes aſcendebāt in templū ad horam orationis nonam. Et quidam uir qui erat claudus ex utero matris ſuæ baiulabatur: quem ponebant cotidie ad portam templi quæ dicitur ſpecioſa: ut peteret eleemoſynā ab introeūtibus in templum. Is cū uidiſſet petrum & ioannem incipiētibus introire in templum: rogabat ut eleemoſynam acciperet. Intuens aūt in eum petrus cum ioanne dixit. Reſpice in nos. Ad ille intēdebat in eos: ſperans ſe aliquid accepturum ab eis.

Ōronis nonā. hoc eſt tertiā poſt meridiē. Baiulabat. q: nō poterat pedibꝰ inſiſtere. Eleemoſynā. i. miām. ⁊ ſcribitꝰ p duplex e. Eleemoſynā acciperet. ſ. ab illis erogātibꝰ. Reſpice in nos. i. attēde ad ea q̄ dicimꝰ tibi. At ille intēdebat. i. attēte aſpiciebat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quod habeo. a deo mihi traditū. ſ. curādi poteſtatē. Surge ⁊ ambula. q̄r antea neutrū poterat facere. Baſes cōſolidatę. i. crura quę ſunt fulcimenta ſuſtinendi corporis molem. Stetit pedibus inſiſtens. Stupore ſtupebant de tam pręſenti miraculo. Et ecſtaſi. grecum eſt: ſcribiturq; non per. x. ⁊. t. ſed per. cs. ſed ſi quiſpiam dixerit tantum valere. x. quantum. cs. ergo poteſt poni alterum pro altero. Ad hoc reſpōdetur quod verū eſt ſi. cs pertineant ad eādem ſyllabam. tamen in extaſi. x. pertineret ad vocalē pręcedentem tota. in ecſtaſi vero. c. pertinet ad e. pręcedentem ⁊. ſ. ad a ſequētem. nā componitur ab ec. particula gręca ⁊ ſtaſis. vt ſit ec. ex ſtaſis ſtatio. latine exceſſus.

Petr⁹ aūt dixit. Argentū & aurū nō eſt mihi: quod aūt habeo hoc tibi do. In nomīe ieſu xp̄i nazareni ſurge & ambula. Et apprehenſa manu eius dextra alleuauit eū & ꝓtinus conſolidatę ſunt baſes eius & plantæ: & exiliēs ſtetit & ābulabat. Et intrauit cū illis in tēplū ambulās & exiliēs & laudās deū. Et uidit oīs popul⁹ eū ambulantē & laudantem deū. Cognoſcebāt aūt illū: quoniā ipe erat qui ad eleemoſynā ſedebat ad ſpecioſam portā tēpli. Et repleti ſunt oēs ſtupore & ecſtaſi: in eo quod contigerat illi.

Iu die petri & pauli. Actuū apoſto. Capi. xii.

IN dieb⁹ illis. Miſit herodes rex man⁹: ut affligeret quoſdā de eccleſia. Occidit aūt iacobū fratrē ioānis gladio: uidēs aūt quia placeret iudæis appoſuit ut apprehenderet & petrū. Erat aūt dies azymorū. Quem cū apprehendiſſet miſit in carcerē: tradenſq; quattuor quaternionib⁹ militū ad cuſtodiendū: uolens poſt paſcha producere eum populo. Et petrus quidē ſeruabatur in carcere. Oratio aūt fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad deū pro eo. Cum aūt producturus eſſet eum herodes in ipſa nocte erat petrus dormiens inter duos milites uinctus catenis duabus. Et cuſtodes ante oſtiū cuſtodiebant carcerē. Et ecce angelus dn̄i aſtitit et lumē refulſit in habitaculo carceris. Percuſſoq; latere petri: excitauit eū dicēs. Surge uelociter. Et continuo ceciderūt catenæ de manib⁹ ei⁹. Dixit aūt angel⁹ ad eū. Precīgere & calcia te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi. Circunda tibi ueſtimenrū tuū: & ſeq̄re me. Et exiēs ſeq̄batur eū. Et neſciebat q̄a uerū eſſet ꝙ fiebat ꝑ āgelū. Extimabat aūt ſe uiſū uidere

In feſto petri et pauli apl̄orum.

MIſit herodes rex manus. Ex actibus apoſtolorum cap. xij. In quo ponitur iacobi zebedei cędes. ⁊ petri incarceratio. Herodes rex. qui agrippa cognominatus eſt. Fratrem ioannis. ſcilꝫ euangeliſtę. Dies azymorum. in quibus nō licebat quēquam occidere. ideo petri cędes eſt dilata. Producere. ideſt morti tradere. Producturus. ſcꝫ die inſequenti poſt feſtum azymorum. In ipſa nocte. ſ. quę pręcedebat diem productionis. Caligas tuas. genus calciamēti fecit ſic. vt angel⁹ dixit. Uiſum videre. i. i ſomniū i ſomno.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cuſtodiā.ſ.militum cuſtodientium carcerem. Portam ferream.que erat vltima exeuntibus carcerem. Vicum vnum.poſt exitum carceris. Ad ſe reuerſus.i.vigilans:quia antea putabat ſe eſſe in ſomnis. De omni expectatione.quia expectabant illius cedem.

In feſto pauli apoſtoli.

Notum vobis facio euangeliū. Ex epiſtola pauli ad galatas cap.pri. in quo apoſtolus oſtendit doctrinam quā predicat eſſe ab autoritate dei profectā. Secundum hominem.i.ab humana inuētione. Ab homine.i.ab aliquo ex diſcipulis domini. Audiſtis. narrat quomodo ad apoſtolatum venerit. Expugnabam illā.pro oppugnabā et perſequebar. Emulator.zelator quia zelo quodam legis meę omnia illa faciebam. Placuit ei.ſ.deo. Ex vtero matris.i.ſynagogę quę me nutrierat. Filiū ſuū in me.i.per me. In gentibus. vnde gentium doctor eſt cognominat⁹. Carni et ſanguini.i.iudeis ex quorum eram ſanguine: ſed totum me tradidi chriſto. Neqꝫ veni hieroſolymam. vt audirem chriſti doctrinam ab apoſtolis et diſcipulis xpi. In arabiam.non dicit quam:cū ſint arabię tres. Damaſcum.ſcꝫ vrbem ſyrię. Poſt annos tres. et ita nō predicabat antea quę didicit ab aplis: ſed quę per reuelationem eſt doctus. Diebus quindecim in quib⁹ quędam de ſacris litteris cum eo egit: non de nouo didicit. Iacobum fratrem domini.ad differētiam alterius Ioannis fratris. Quę ſcribo vobis.ſubaudi vera ſunt hoc eſt qđ nō didicit euangelium ab aliquo apoſtolorum idqꝫ iureiurando confirmat. Syrię et cilicię. vt predicarem gentibus euangeliū.

Tranſeuntes autem primam & ſecundam cuſtodiam uenerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem: quæ ultro aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerunt uicum unum: & continuo diſceſſit angelus ab eo. Et petrus ad ſe reuerſus dixit. Nunc ſcio uere: quia miſit dñs angelū ſuū: & eripuit me de manu herodis & de oī expectatiōe plebis iudæorū.

Pauli apoſtoli. Lectio pauli ad galatas. Ca.i.

FRatres. Notū uobis facio euangelium quod euangelizatum eſt a me quia non ſecundum hominem: nec ego ab homine accepi illud: nec didici: ſed p reuelationē ieſu chriſti. Audiſtis enim cōuerſationē meā aliquādo in iudaiſmo: qm̄ ſupra modū perſequebar eccleſiā dei: & expugnabā illā: & proficiebā in iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo: abundātius emulator exiſtēs paternatū mearū traditionū. Cū aūt placuit ei qui me ſegregauit ex utero matris meæ: & uocauit per gratiam ſuam: ut reuelaret filium ſuum in me: ut euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni & ſanguini: nec ueni hieroſolymā ad anteceſſores meos apoſtolos: ſed abii in arabiā: & iterū reuerſus ſum damaſcū. Deinde poſt annos tres ueni hieroſolymā uidere petrū: & māſi apud eū diebus quindecim. Aliū aūt apl'orū uidi neminē: niſi iacobū fratrē dñi: q aūt ſcribo uobis: ecce corā deo q nō mētior. Deīde ueni ī ptes ſyriæ & ciliciæ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ignotus facie. quia illos non videram neqꝫ illi me: niſi per famā tantū. In me clariſi-
cabat deum. i. per me. In octaua ſancte Joannis.
Vnicuiqꝫ noſtrū data eſt gratia. iam expoſita eſt ſupra in vigilia aſcēſionis dñi.
In feſto viſitationis marie virginis.
Benedixerunt illam omnes. Ex libro iudith vidue cap. xv. que verba de iudith ſunt dicta
ꝛ poſſunt virgini deipare accōmodari. Oēs. q̄ expierāt in occurſum iudith redeūtis ex victoria de holopherne. Gloria. ornamētū ꝛ decus. Viriliter hoſtē nrm occidēdo Cōfortauit te. i. dedit tibi fortitudinem ꝛ robur. Benedicta in eternū. p famā ꝛ gloriam.

Eram aūt ignotus facie eccleſiis iudeæ quæ erant in chriſto. Tantū autem auditum habebant quoniam qui perſequebatur nos aliquādo nūc euangelizat fidem: quam aliquādo expugnabat. Et in me clarificabat dominum ieſum chriſtum.

In octauo die ſctī ioannis. ad epheſios. Ca. iiii.

FRatres: Vnicuiqꝫ noſtrum data eſt gratia ſecūdū mēſurā donatiōis chriſti. &c. ut ſupra.

In die uiſitationis btē mariæ. Lctō iudith. Ca. xv.

BEnedixerunt illam omnes una uoce dicentes: tu gloria ieruſalem: tu lætitia iſrael. tu honorificentia populi noſtri: quia feciſti uiriliter: & confortatum eſt cor tuum: eo ꝙ caſtitatem amaueris. Ideoqꝫ manus domini confortauit te: & eris benedicta in æternum.

In octauo petri & pauli. Eccleſiaſtici. Ca. xliiii.

HI ſunt uiri miſericordiæ quorū iuſticiæ obliuionem non acceperunt. Cum ſemine eorū permanent bona: hereditas ſancta nepotes eorū. Et in teſtamentis ſtetit ſemen eorum: & filii eorū propter eos uſqꝫ in æternum manent. Generatio eorum & gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace ſepulta ſunt: & nomina eorū uiuent in ſæcula. Sapientiam eorum narrent populi: & laudē eorū pronunciet oīs eccleſia ſctōrum.

In octaua petri ꝛ pauli.
Hi ſunt viri miſericordie. Ex libro Eccleſiaſtici cap. xliiii. quibuſdā tñ immutatis. Viri miē. ſubaudi digni. aut q̄s in alios miſericordes fuerūt. Perſeuerat bonū. i. hereditas. In terra promiſſionis. hoc eſt gloria ſempiterna. Propter illos. i. propter merita patrū. Non derelinquetur. quia manebit apud poſteros illorū memoria. In pace ſepulta ſunt. cū ſpe reſurrectiōis. Viuent in ſecula. per illorum memoriam in hac vita. ꝛ in futuro ſeculo.

Apollinaris martyris. Ad timotheum. ii. Ca. ii. & iii.

CHariſſime: Memor eſto dominum noſtrum ieſum chriſtum reſurrexiſſe. &c. ut ſupra.

In feſto apollinaris martyris.
Memor eſto dñm noſtrū. Ex epiſtola ad timotheū ſecūda cap. ii. ꝛ iii. que iā expoſita eſt ſupra in epiſtola petri martyris.

Germani epī. Ad timotheum. ii. Ca. iiii.

In feſto germani epī.

TEſtificor coram deo. Ex epiſtola ſecunda ad timotheum capi. iiij. hortatur apoſtolus timotheum: vt doceat populũ ſibi cõmiſſum inſtando illorũ doctrinę. ⁊ primo adiurat illum deũ teſtem inuocando. Verbũ. ſ. euangelicũ. Opportune. audire cupiẽtibus. Importune abnegãtes audire. Argue. peccãtes ex ignorãtia. Obſecra. peccãtes ex infirmitate. Increpa. verbis duris peccãtes ex malicia. Erit tẽpus. ideo inſtandũ eſſe dicit: antea quã veniat tẽpus quo non libenter audient verbum dñi. Prurientes auribus. i. audire cupientes. Iam delibor. i. paulatim conſumor. Reſolutionis. ſ. animę a corpore. Certamen certaui. prędicationis officium exercendo. In reliquo. i. in futuro. Corona iuſticię quã nemo auferet a me.

CHariſſime. Teſtificor corã deo & chriſto ieſu qui iudicaturus eſt uiuos & mortuos: & aduẽtum ipſius & regnum eius. Prædica uerbum: inſta opportune: importune argue: obſecra: increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & a ueritate quidem auditum auertẽt: ad fabulas autem conuertentur. Tu uero uigila: in omnibꝰ labora: opus fac euãgeliſtæ: miniſterium tuum imple: ſobrius eſto. Ego enim iam delibor: & tempus meæ reſolutionis inſtat. Bonũ certamẽ certaui: curſum conſumaui: fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticiæ: quã reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Non ſolum autem mihi: ſed & his qui diligunt aduentũ eius.

In feſto ſtephani protomartyris.

DOctrinis variis et peregrinis. Ex epiſtola ad hebreos. cap. xiij. in quo oſtendit: quomodo hebrei habere ſe debẽt erga prelatos nõ bene de fide ſentientes. Doctrinis variis. ſ. ſuſpectis et hereticis. Abduci. i. a recta fide duci. Gratia. i. lege gratię. hoc eſt euãgelio. Nõ eſcis. i. cibis qui precipiuntur in lege veteri mãducari ſiue non manducari. Habemus altare. i. crucẽ ĩ qua oblatus eſt chriſtus. Qui tabernaculo deſeruiũt. i. veteris legis miniſtri. Quorum animalium. ſ. vituli ⁊ hirci: qui immolabantur in die expiationis. Cremantur. quia pro peccatis immolatio illa fiebat. Propter quod. ſ. quia extra caſtra cremabantur. Extra portam. ſ. in loco caluarie extra vrbem ieruſalem. Exeamus extra caſtra. i. extra legis obſeruationes. Improperium. nam chriſto exprobatum eſt quod non obſeruaret legem.

Stephani ꝓtomar. Lectio ad hebræos. Ca. xiii.

FRatres. Doctrinis uariis & peregrinis nolite abduci. Optimũ eſt enim gratia ſtabilire cor: non eſcis quæ non profuerunt ambulãtibus in eis. Habemus altare de quo edere non habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt. Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem: horum corpora cremantur extra caſtra: propter quod & ieſus ut ſanctificaret per ſuũ ſanguinem populum: extra portã paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra: improperium eius

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem ſed futuram inquirimus. Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper deo. i. fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficētiæ autem & cōmunionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtiis promeretur deus.

Mariæ de niuibus. Eccleſiaſtici. Capi. xxiiii.

AB initio & ante ſæcula creata ſum: & uſq; ad futurum ſæculum non deſinam: & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. Et ſic in ſion firmata ſum: & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine ſanctorū detentio mea.

Tranſfiguratio domini. Lectio petri apoſtoli. ii. Ca. i.

FRatres: Dabo aūt operam & frequenter habere uos poſt obitum meum: & horum omniū memoriam faciatis. Non enim indoctas fabulas ſecuti notam fecimus uobis domini noſtri ieſu chriſti uirtutem & præſcientiam ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiēs enim a deo patre honorē & gloriam: uoce delapſa ad eum huiuſmodi a magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi cōplacui: ipſū audite. Et hāc uocē nos audiuim9 de cœlo allatā: cū eſſem9 cū ipō i mōte ſctō.

Ciuitatē manētē. i. in qua manere ſemp debeamus vt in lege veteri. Futurā inquirimus. que per nouā legē acquirit. Per ipſum. ſ. xpm. Hoſtiā laudis. i. ſacrificiū ſubaudi deum. Beneficētie & cōmunionis. i. benefaciēdi & bona veſtra cōmunicādi. Promeretur. i. illū nobis demeremur vt nobis benefaciat. In feſto vginis marie de niuibus. AB initio & ante ſecula. Ex libro eccliaſtici cap. xxiiij. in quo autor loquit de ſapiētia increata: hoc eſt de xpo qui patris ſapientia dicitur. Ab initio. nō dicit tēporis principiū: q2 peter filio coetern9 eſt. Creata. i. preuiſa quātū ad humanitatē. Nō deſinā. q2 eterna eſt. Corā ipſo miniſtraui. q2 fili9 patris volūtatē ſemp fecit. In habitatione ſancta. in congregatione iuſto4. In ſiō & ieruſalem. i. in eccleſia vtraq;. ſ. militāte & triumphante. Radicaui. hoc eſt hereditatē meā fundaui. In populo honorificato. ſ. iſraelitico hoc eſt xpiano. Detētio mea. i. habitatio.

In trāſfiguratione dni.

DAbo autē operā et frequēter. Ex epla petri ſecūda capi. primo. Dabo operā. q2 ſentio inſtare obitum meum. Dabo operam. ſ. frequēter vos admonēdo. Habere vos. ſubaudi memoriam monitionū mearū. Indoctas fabulas. ſicut poete et doctores falſi. Virtutē. ſ. faciēdi miracula in doctrine cōfirmationē. Et preſciētiā. quā habuit chriſtus homo ex diuinitate. Speculatores. i. cōſpectores & teſtes illi9 magnitudinis. ſ. in tranſfiguratione. Accipiens honorem. i. teſtimoniū honoris & glorie. Voce delapſa deſcēdēte. A magnifica gloria. i. a deo patre. Huiuſcemodi. i. q̄ ſequit. hic eſt fili9 &c. In mōte ſctō. q̄ cognominat tabor. Matthei. xvij.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Propheticū ſermonē.ex pſalmo.ij.ſ.dominus dixit ad me filius meus es tu. Attendentes i.conſentientes prophetię. In caliginoſo loco.i.in hoc mūdo in quo videmus omnia per ſpeculum in enigmate. Et lucifer.i.chriſtus qui eſt lucifer et ſol et lux.

Et habemus firmiorem ꝓpheticū ſermonem: cui benefacitis attendentes: quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco donec dies illuceſcat: & lucifer oriatus in cordibus ueſtris.

In feſto cyriaci largi ꝛ ſmaragdi.

Rememoramini priſtinos dies.Ex epiſtola pauli ad hebręos cap.x.in quo oſtendit apoſtolus adherēdū eſſe deo ꝑ rōnes demulcentes ꝛ mitigātes medicoꝝ more qui poſt ſectionē carnis inducūt leuia fomēta Priſtinos dies.quibus eſtis ad fidē cōuerſi ꝛ illuminati. Suſtinuiſtis.ꝛ hoc dupliciter.vno mō facti ſpectaculū obprobriis in ꝓpria perſona. Altero modo in quātum amici veſtri talia ſuſtinent.

Vinctis.i.in carcere poſitis.ꝛ hoc i amicis. Bonorū veſtroꝝ.ꝛ hoc i vra perſona ꝛ familia. Meliorem ſubſtātiam.i.diuitias celeſtes. Confidentiam veſtrā.i.firmā perſeuerētiam. Patiētia.i.aduerſitatum tolerantia.

Voluntatē dei.obediētes illius volūtati. Modicum aliquātulumq.i.breue tēpus reſtat. Qui venturus eſt.ſ.ad iudiciū Sed iuſti in iudicio finali viuēt.i.ſaluabuntur ꝛ ſumptum eſt ex propheta Aggeo.cap.ij.

Cyriaci largi ſmaragdi. Pauli ad hebræos.Ca.x.

Fratres: rememoramini priſtinos dies: in quibus illuminati magnū certamen ſuſtinuiſtis paſſionū. Et in altero quidē obprobriis & tribulationibus ſpectaculum facti: in altero aūt ſocii taliter cōuerſantiū effecti. nam & uinctis cōpaſſi eſtis: & rapinam bonorū ueſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis: cognoſcentes uos habere meliorem & manentem ſubſtantiā. Nolite itaq amittere confidentiā ueſtram quæ magnam habet remunerationē. Patientia enim uobis neceſſaria eſt: ut uolūtatem dei faciētes: reportetis promiſſionem. Adhuc enī modicum aliquatulūq qui uenturus eſt ueniet: & non tradabit. Iuſtus autē meus ex fide uiuit.

In feſto ſctī laurētij.

Qui parce ſeminat parce ꝛ metet.Ex ſecunda epl'a ad corinthios cap.ix.in quo apoſtolus ad benefaciendū corinthios hortatur. Qui parce ſeminat.atq ita qui parum dat: parum premiū conſequetur:atq econtrario. Vnuſquiſq.ſubaudi det. Prout deſtinauit.i.decreuit dare. Nō ex triſticia.ſ.dolens quia dat: aut ex neceſſitate quia coactus. Omnē creaturam.i.voluntatem faciendi eleemoſynam. Abūdare facere.vt eō doleatis de benefactis.

Sancti laurentii. Ad corinth.ii.Ca.ix.

Fratres: Qui parce ſeminat parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus: de benedictionib9 & metet. Vnuſquiſq ꝓut deſtinauit in corde ſuo: nō ex triſticia aut ex neceſſitate. Hilarē aūt datorē diligit deus. Potens eſt enim deus oēm gratiam abundare facere in uobis: ut in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes abundetis in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sicut ſcriptum eſt. pſalmo. cxi. Juſticia eius. ſ. qui ſic largitur. Qui adminiſtrat ſemē. i. deus qui dat voluntatē benefaciēdi. Et panē preſtabit. qꝛ danti dabitur a deo. Multipli plicabit. adhuc in ſimilitudine ſeminandi ꝛ metendi perſtat.

In vigilia aſſumptionis marie virginis.

EGo quaſi vitis fructificaui. Ex libro ecleſiaſtici. cap. xxiiij. Sapiētia loquitur hoc in loco. ſed verba hec poſſunt accōmodari noſtre virgini. Quaſi vitis. q̄ ideo a latinis parilema ꝛ hiſpanis parra dicitur: qꝛ parit fructus ſuos. Fructus honoris. i. pulchritudinis. nā reciproca trāſlatio eſt pulchri ꝑ honeſto et honeſti pro pulchro.

omne opus bonum: ſicut ſcriptum eſt. Diſperſit dedit pauperibꝰ iuſticia eius manet in ſæculū ſæculi. Qui autē adminiſtrat ſemen ſeminanti: & panem ad manducandū præſtabit: et multiplicabit ſemen ueſtrū: et augebit incremēta frugū iuſticiæ ueſtræ.

Vigilia aſſumptionis beatæ mariæ. Eccleſiaſtici. Capi. xxiiii.

EGo quaſi uitis fructificaui ſuauitatem odoris & flores mei fructus honoris & honeſtatis. Ego mater pulchre dilectiōis & timoris & magnitudinis & ſanctæ ſpei. In me omnis gratia uiæ & ueritatis: in me omnis ſpes uitæ & uirtutis. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me: & a generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis: & hereditas mea ſuper mel & fauū. Memoria mea in generatione ſæculorū. Qui edūt me adhuc eſurient: & qui bibunt me adhuc ſitient. Qui audit me nō cōfundetur: q operātur in me nō peccabūt. Qui elucidāt me: uitā æternā habebūt.

In die. Eccleſiaſtici. Ca. xxiiii.

IN omnibꝰ requiem quæſiui & in hereditate domini morabor. Tunc præcepit & dixit mihi creator omnium: & qui creauit me requieuit

Mater dilectionis ꝛ timoris. q̄ videt̄ contraria: neqꝫ ſeinuicē pati. ſꝫ ſemper miſcēdus amoꝛ timori ꝛ timoꝛ amori: qꝛ alter alterū moderat̄. Et magnitudinis. in originali ē agnitionis. q̄ habet̄ ꝑ cōtēplationē. Sāctę ſpei. ſcilꝫ beatitudinis future. In me v̄ba ſunt ſapię. Trāſite ad me. ꝑ cognitionē ꝛ amorē. A generationibꝰ meis. i. illuminationibꝰ ad intelligēdū. Spūs meꝰ. i. deguſtatio mee bonitatis ꝛ ſapiētię. Herditas mea. q̄ eſt vita ęterna. Memoria mea. qꝛ nūq̄ delebit̄ de mētibꝰ ſctōꝝ. Qui edunt me. i. guſtant me in hac vita. Eſuriēt. ſ. i cęlo ſaturari. Nō cōfundet̄. ſ. in ſummi iudicis cōſpectu. Qui operant̄ i me. i. ſcd̄m regulā doctrinę meę. Qui elucidāt me. ſacrā ſcripturā aliīs exponēdo.

In die aſſumptionis.

IN omnibus requiem quęſiui. Ex libro eccleſiaſtici. cap. xxiiij. vbi legitur. In his omnibus requiem quęſiui. ſ. in hominibꝰ. quia dixit alibi delicię meę eſſe cum filiīs hominū. Requiem quęſiui habitando cum hominibus per gratiam. In hereditate domini. i. in quibus habitat dñs ꝛ quos poſſidet. Dixit mihi. id qđ ſequitur. Qui creauit me. filius qui eſt patris ſapientia dicit de patre generante. nam hic creauit pro genuit poſitum eſt.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tabernaculo meo. quia pater requieſcit et cõplacet ſibi in filio. Et dixit mihi. pater dicit filio. In iacob inhabita. i. in populo xpiano. Hereditare. i. hereditatẽ tuã fige. Mitte radices. i. ſere et plãta. Ab initio et ante ſecula. hoc ceſum. expoſitũ eſt i feſto marię de niuib⁹: vſq3 ad locũ illũ quaſi cedrus. vbi ſapiẽtia cõparat' ſe reb⁹ pulcherrimis. Cedrus arbor. cuius matera eſt odorata. Libano. qui eſt mõs inter paleſtinã et phenicẽ. Cypreſſus in ſion. mõte q̃q3 hieroſolymę cõſtictus. Cades. nõ illa q̃ eſt in deſerto cognominata barne: ſed alia q̃ cecidit in ſortẽ tribus iuda. In iericho. vrbe non longe ab hieroſolymis. Quaſi platanus. arbor dicta a foliorũ latitudine nobis tñ ignota. In plateis. vbi huiuſmodi odoramenta puta balſamũ et myrrha venduntur.

In feſto decollationis Joannis baptiſtę.

Sancti ludibria et verbera. Ex epła ad hebręos capi. xi. iã expoſita eſt in feſto fabiani et ſebaſtiani.

In natiuitate marię virginis.

Dominus poſſedit me. iã expoſita ẽ in feſto cõceptiõis eiuſdem deiparę virginis.

In feſto exaltationis ſanctę crucis.

Chriſt⁹ fact⁹ eſt pro nobis obediens. Ex ep. ad philippẽſes. cap. ii. iã expoſita eſt ſupra in dñica quę inſcribitur in ramis palmarum.

In feſto ſctĩ matthęi.

Similitudo vult⁹ q̃tuor aĩaliũ. iã expoſita eſt in feſto ſancti marci euãgeliſtę. In feſto michaelis arcangeli.

in tabernaculo meo. Et dixit mihi. In iacob inhabita: & in iſrael hereditare: & in electis meis mitte radices. Ab initio & ante ſæcula creata ſum: & uſq3 ad futurum ſæculum non deſinam: & in habitatione ſancta corã ipſo miniſtraui. Et ſic in ſion firmata ſum: & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hereditas illius: & in plenitudine ſanctorũ detentio mea. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano: & quaſi cypreſſus in monte ſion. Quaſi palma exaltata ſum in cades: & quaſi plantatio roſæ in ierico. Quaſi oliua ſpecioſa in cãpis: & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas. In plateis ſicut cynamomum & balſamũ aromatizans odorẽ dedi. quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.

Decollatio ſancti Ioannis.
Ad hebræos. Capi. xi.

Fratres. Sancti ludibria & uerbera experti: inſuper & uincula & carceres: &c. ut ſupra.

Natiuitas mariæ. Prouerbiorũ. Ca. viii.

Dominus poſſedit me in initio uiarum ſuarũ antequam quicquam faceret. &c. ut ſupra.

Exaltatio ſanctæ crucis. Pauli ad philipẽ. Ca. ii.

Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſq3 ad mortem: mortem autem crucis. &c. ut ſupra.

Sancti matthæi. Ezechielis prophetæ. Ca. i.

Similitudo uultus quattuor animaliũ: facies hoĩs & facies leonis a dextris. &c. ut ſupra.

Michaelis arcangeli. Lctõ apoca. Ioan. apo. Ca. i.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Significauit deus quę oportet. Ex apocalypſi Ioānis cap. pri. nā ſic incipitur liber ille. Apocalypſis ieſu xp̄i: quā dedit illi deus palam facere ſeruis ſuis: que oportet fieri cito ꝛ ſignificauit mittens per angelum ſuum ſeruo ſuo ioanni. Sed concionator ſiue concinnator mutauit ordinem ꝛ pauca verba dicens. Significauit deus. i. per quędam ſigna oſtendit. Quę oportet fieri. de ijs quę ad ſtatum eccleſię futurum pertinēt. Per angelum ſuū ſcilꝫ michaelem vt ſentit officij huius concinnator.

IN diebus illis. Significauit deus quæ oportet fieri cito: loquēs per angelū ſuū ſeruo ſuo ioanni: qui teſtimoniū perhibuit uerbo dei: & teſtimoniū ieſu chriſti quæcūqꝫ uidit. Beatus qui legit & audit uerba ꝓphetiæ huius & ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt. Tempus enim prope eſt. ioannes ſeptem eccleſiis quæ ſunt in aſia: gratia uobis & pax ab eo qui eſt: qui erat: & qui ueuturus eſt. Et a ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt: & a ieſu chriſto qui eſt teſtis fidelis primogenitus mortuorum: & princeps regum terræ: qui dilexit nos: & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

In uigilia omniū ſanctorū.

Apoca. Ioan. apo. Capi. v.

ECce ego ioānes uidi in medio throni & quattuor animaliū: & in medio ſeniorū agnū ſtantē tanquā occiſum habentē cornua ſeptē & oculos ſeptem: qui ſunt ſeptē ſpiritus dei miſſi in oēm terram. Et uenit & accepit de dextra ſedētis in throno librū. Et cū aperuiſſet librū: quattuor animalia & uiginti quattuor ſeniores ceciderūt corā agno habētes ſinguli citharas & phialas aureas plenas odoramentorū quæ ſunt orationes ſanctorū: & cantabāt canticū nouū dicentes. Dignus es dn̄e accipere librū & aperire ſignacula eius: qm̄ occiſus es: & redemiſti nos deo in ſanguine tuo ex omni tribu &

Teſtimoniū perhibuit in principio ſui euangelij. Quecunqꝫ vidit. nā pro familiaritate omnibus interfuit. Prope eſt. vt omnia compleantur que hic ſunt ſcripta. Gratia ꝛ pax. ſalutationis epiſtolaris v̄ba ſunt. Ab eo qui. a quo mittitur ſalus. Qui erat ꝛ venturus eſt. per hoc dei eternitas deſignatur. A ſeptem ſpiritibus. i. ab vniuerſitate angelorū. Paternę glorię. vt patet in toto euangelij diſcurſu. Primogenitus mortuorū. qui ab apoſtolo paulo dicitur primicię dormientium. Princeps regum terrę. quia illi eſt data omnis poteſtas in celo ꝛ in terra. Matthei vlti.

In vigilia omnium ſanctorum.

Ecce ego ioānes vidi. ex apocalypſi ioannis cap. v. in originali habet ꝛ vidi ꝛ ecce in medio throni. Agnū. i. chriſtum in medio eccleſiaꝝ. Tanqꝫ occiſum. qꝛ cotidie in eccleſijs immolatur.

Cornua ſeptē. i. ſeptē poteſtates quas etiā ſp̄us ſeptē dixit ꝓpter ſeptē dona. Miſſi in oēm terrā. i. in omnes homines. Et venit. ſ. agnus. Cū aperuiſſet librū. ad reuelandū futurū eccleſię ſtatū. Ceciderūt. adorantes agnū. Citharas ꝛ phialas. p quas vt ipſe exponit ſignificantur orationes ſanctorum. Canticum nouum. i. ad teſtamentum nouum pertinens.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Deo noſtro regnū.i.regni participes. Sacerdotes.ſ.hoſtias laudis deo offerētes. Super terram.i.in celo. Millia milliū.i.decies centū millia.ſic in daniele.millia millium miniſtrabant ei. Uirtutē ⁊ diuinitatem.⁊c. omnia iſta chriſtus habuit ante paſſionem preter corporis glorificationē

In die omniū ſanctoꝝ.

Ecce ego ioānes vidi alterū angelum. Ex apocalypſi Joannis cap.vij.per hunc angelū intelligitur cōſtantinus imperator. Signū dei viui.i.crucem.in qua maxentium imperiū emulū ſuperauit.nam anteꝗ cū hoſte cōfligeret: vidit in celo crucem atqꝫ angelū dicentem ſibi.conſtātine in hoc ſigno vinces. Nocere terre ⁊ mari. i.xp̄ianis habitantibus orbem terre: ⁊ inſulis adiacentibus. Et audiui numerum ſignatorum.Ex vnaquaqꝫ tribu hoc eſt filiorum iacob erant duodecim millia ſignatorum: ⁊ quia duodecim erant filij: excreſcit ſumma centum quadraginta quattuor millium. nam duodecies duodecim mille eādem ſummam reddit.

Ex tribu iuda. qui et ſi quartus fuit in ordine naſcendi: primus ponitur hoc in loco: quia ex hoc pendet chriſti genealogia. Cetera patent vſqꝫ ad locum illum. Uidi turbam magnam. ſ.martyrum. Amicti ſtolis albis, propter anime gloriam. Palme in manibus. que ſunt inſignia victorie. Alia patent.

lingua & populo & natione: & feciſti nos deo nr̄o regnum & ſacerdores: & regnabim9 ſuper terram. Et uidi & audiui uocem angelorū multorū in circuitu throni & animaliū & ſeniorū: & erat numerus eorum millia millium dicētiū uoce magna. Dign9 eſt agnus q occiſus eſt accipere uirrutē & diuinitatē & ſapientiā & fortitudinē & honorē & gloriā & benedictionē in ſæcula ſæculorum amen.

In die. Lc̄tō apoca. beati ioānis apo. Ca. vii.

Ecce ego ioannes uidi alterū angelū aſcendentem ab ortu ſolis. habentē ſignum dei uiui: & clamauit uoce magna quattuor angelis: quibus datum eſt nocere terræ & mari dicens. Nolite nocere terræ & mari: nec arboribus: quoaduſqꝫ ſignemus ſeruos dei noſtri in frontibus eorum. Et audiui numerum ſignatorū centum quadraginta quattuor millia ſignati: ex om̄i tribu filiorū iſrael. Ex tribu iuda: duodecim millia ſignati. Ex tribu ruben: duodecim millia ſignati. Ex tribu gad: duodecī millia ſignati. Ex tribu aſſer: duodecī millia ſignati. Ex tribu neptalim: duodecim millia ſignati. Ex tribu manaſſe: duodecim millia ſignati. Ex tribu ſymeō duodecim millia ſignati. Ex tribu leui: duodecim millia ſignati. Ex tribu iſachar: duodecim millia ſignati. Ex tribu zabulon: duodecim millia ſignati. Ex tribu ioſeph: duodecim milia ſignati. Ex tribu beniamin: duodecī milia ſignati. Poſt hæc uidi turbā magnā: quā dinumerare nemo poterat ex oīb9 gētib9 & tribub9 & populis & liguis: ſtantes ante thronum: & in cōſpectu agni amicti ſtolis albis: & palmæ in manibus eorum. Et clamabāt uoce ma

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In feſto facundi et primitiui.

BEnedictus deus ⁊ pater dñi. Ex epiſtola ſecunda ad corinthios cap.pri. ⁊ eſt initiũ epiſtolę poſt ſalutationem poſitam. Benedictus deus. modus eſt agendi gratias deo. Pater miſeri.i. auferens a nobis omnem miſeriam. Poſſimus ipſi conſolari. ſ. verbo ⁊ exemplo. Per exhortationem. proponẽdo eis pręmium eternum. Exhortamur. ex deponenti verbo fecit commune. Paſſiones chriſti. i. tribulatiões quę in xpo capite inceperunt. In nobis. ſcz apl̃is ad quos quaſi a capite ſunt deriuatę. Pro veſtra exhortatione ⁊ ſalute. totũ hoc cedit ad vtilitatẽ veſtram Siue conſolamur. ſ. a deo, ⁊ hoc quoqꝫ cedit ad conſolationem veſtram.

gna dicẽtes. Salus deo noſtro qui ſedet ſuper thronum & agno. Et omnes angeli ſtabant in circuitu throni & ſeniorũ & quattuor animaliũ. Et ceciderũt in conſpectu throni in facies ſuas: & adorauerunt dñm dicentes amen. Benedictio & claritas & ſapientia & gratiarũ actio honor uirtus & fortitudo deo noſtro in ſæcula ſæculorum amen.

Facundi & primitiui. Lctõ ad corint.ii.Ca.i.

FRatres: Benedictus deus & pater domini noſtri ieſu chriſti: pater miſericordiarũ & deus totius conſolationis qui cõſolatur nos in omni tribulatione noſtra: ut poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt per exhortationem qua exhortamur & ipſi a deo. Quoniam ſicut abundant paſſiones chriſti in nobis: & per chriſtũ abundat conſolatio noſtra. Siue aũt tribulamur pro ueſtra exhortatione & ſalute: ſiue conſolamur pro ueſtra conſolatione: ſiue exhortamur ꝓ ueſtra exhortatione & ſalute quæ operatur tolerantiam earũdem paſſionũ quas & nos patimur. ut ſpes noſtra firma ſit ꝓ uobis. Sciẽtes qm̃ ſicut ſocii paſſionum eſtis: ſic eritis & cõſolationis. In xpo ieſu dño nr̃o.

In feſto plurimarum virginum.

DE virginibus pręceptum non habeo Ex prima ad corinthios epl̃a capi.vij. vbi poſtea quam agit de matrimonio: dat conſilium de virginibus. dicens quod nõ habet ſ. a deo pręceptũ qđ de neceſſitate ſalutis ſit virginitas. Conſilium do. quia virginitas pręponitur nuptiis et ſemper meliora ſunt appetẽda. Miſericordiam cõſecutus. vnde habeo conſilium dandi autoritatẽ. Hoc bonum eſſe. ſcilꝫ virginitatẽ. ⁊ poſuit bonum pro optimũ. Propter neceſſitatẽ. quę manet ducentibus vxorem. Noli quęrere. ſ. vxorẽ. ſi modo potes continere te: quod eſt melius ꝙ matrimonium ſicut virginitas quã continentia.

In natali plurimarũ uirgi. Ad corinth.i.Ca.vii.

FRatres: De uirginib9 præceptũ dñi nõ habeo cõſiliũ aũt do: tanquã mĩam cõſecutus a dño: ut ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonũ eſſe ꝓpter inſtantem neceſſitatem: quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es uxori: noli quærere ſolutionem. Solutus es ab uxore: noli quærere uxorem. Si autem acceperis: uxorem nõ peccaſti.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tribulationẽ carnis. q; ſunt in anxietate matrimonio cõſtricti. Vobis parco. i. ꝑmitto vobis vt poſſitis ducere vxores. Tãq̃ nõ habẽtes. i. nõ intẽti ſint rebꝰ mũdi: ſed ſpũaliter viuãt. Qui flẽt in onere matrimonij. Nõ flẽtes. i. patiẽtes ferẽdo. ꝛ ſic de aliis. Diuiſus eſt. ſeruiẽs mũdo ꝛ deo. Innupta. i. cõtinẽs vidua. Virgo q̃ nõ nupſit. In feſto trinitatis.

IN dño gaudete. Ex ep̃la ad corinthios. ij. cap. xiij. In originali habetur. de cętero fratres gaudete. ꝛ eſt clauſula eiuſdẽ epiſtolę. in qua cõſolatur perſiſtentes in doctrina fidei. Gaudete quod eſt proprium illorum qui bene agũt. Exhortamini. i. inuicẽ vos ad bene agendũ excitate. Idẽ ſapite. i. de dño ſentite.

Pacem habete. quam dominꝰ nos habere pręcipit. Oſculo ſancto. quod eſt ſignum vnionis ſiue vnanimitatis. Omnes ſancti. ſcilꝫ qui ſunt mecum. Gratia domini. de qua Ioannis pri. plenus gratia et veritate.

Charitas dei. ſcilꝫ patris. qui eſt principium amoris. Cõmnicatio ſancti ſpiritus. q; per ipſum fit omnium bonorum cõmunicatio.

De angelis.

DIxit mihi angelus ſcribe. Ex apoſtoli Ioãnis apocalypſi capi. xix. Scribe. ſubaudi ad futuram rei memoriã nota. Vocati ſunt. per fidem charitate informatã. Vera ſunt. quia nihil falſum a deo procedit.

Vide ne feceris. non permittit angelus ſe adorari ab homine cuius naturam verbum diuinum aſſumpſit. Deũ adora. non angelum. ſ.

Et ſi nupſerit uirgo: non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebũt huiuſmodi. Ego aũt uobis parco. Hæc itaq; dico fratres: tempus breue eſt. Reliquũ eſt ut & qui habent uxores: tanquã non habẽtes ſint. Et qui flent tanquam non flentes. Et qui gaudent tanquã non gaudentes. Et qui emunt tanquã non poſſidentes. Et qui utuntur hoc modo tanquã non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo aũt uos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt: ſollicitꝰ eſt quæ domini ſunt: quomodo placeat deo. Qui autẽ cum uxore eſt: ſollicitus eſt quæ ſunt mundi: quomodo placeat uxori: & diuiſus eſt. Et mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini ſunt: ut ſit ſancta corpore & ſpiritu.

De trinitate. Ad corinthios. ii. Ca. xiii.

FRatres in domino gaudete: perfecti eſtote: exhortamini: idẽ ſapite: pacem habete: & deus pacis & dilectiõis erit uobiſcum. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant uos omnes ſancti. Gratia domini noſtri ieſu chriſti & charitas dei. & cõmunicatio ſaucti ſpiritus ſit cum omnibus uobis amen. In chriſto ieſu domino noſtro.

De angelis. Lectio apocalyp. Ioannis. apoſtoli. Ca. xix.

INdiebus illis: Dixit mihi angelus. Scribe. Beati q ad cœnã nuptiarũ agni uocati ſũt. Et dixit mihi. Hæc uerba dei uera ſunt. Et cecidi ad pedes eius: ut adorarẽ eum. Et dixit mihi. Vide ne feceris. Conſeruus enim tuus ſnm & fratrũ tuorũ: habentium teſtimonium ieſu. Deum adora.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In feſto ſancti ſpiritus.

CUm audiſſent apoſtoli qui erant hieroſolymis. iam ſupra expoſita eſt Feria tertia poſt feſtum pentecoſtes.

In feſto ſanctę crucis.

CHriſtus factus eſt pro nobis obediens. Jam expoſita eſt ſupra Dominica in ramis palmarum.

Pro poſtulanda pace.

Sancti ſpiritus. Actuū apoſtolorū. Ca. viii.

IN diebus illis: Cum audiſſent apoſtoli qui erāt in hieroſolymis: quia recc. &c. ut ſupra.

Sanctæ crucis. Lctō pauli ad philippēſes. Ca. ii.

FRatres: Chriſtus factus eſt pro nobis obediēs uſqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis. &c. ut ſupra.

Pro poſtulanda pace. Lctō ad romanos. Ca. xii.

FRatres: Nolite eſſe prudētes apud uoſmetipſos. Nulli malū pro malo reddentes: prouidētes bona non tantū corā deo: ſed etiā corā omnibus hominibꝰ. Si fieri poteſt: ꝙ ex uobis eſt cū omnibus hominibus pacē habētes. Non uoſmetipſos defendētes chariſſimi: ſed date locū iræ. Scriptum eſt enim. Mihi uindictam & ego retribuā dicit dn̄s Sed ſi eſurierit inimicus tuꝰ ciba illū. Si ſitit potū da illi. Hoc enī faciēs: carbones ignis cōgeres ſup caput eiꝰ. Noli uinci a malo: ſed uice ī bono malū.

Pro congregatiōe. Lctō petri apoſtoli. ii. Ca. i.

CHariſſimi: ſuccincti lumbos mentis ueſtræ: ſobrii perfecti ſperate in eam: quæ offertur uobis gratia in reuelatione ieſu chriſti quaſi filii obedientiæ: non configurati prioribns ignorantiæ deſideriis. Sed ſecundum eum qui uocauit ſuos ſanctum: ut & ipſi ſancti in omni conuerſatione ſitis Quoniam ſcriptum. Sancti eritis: quoniam ego ſanctus ſum: dominus deus ueſter.

NOlite eſſe prudētes apud vos metipſos Ex epiſtola ad Romanos cap. xij. in quo romanos monet ne ſint imprudentes arrogando ſibi virtutes quas non habent. Apud vos metipſos. i. non reuera: ſed opinione veſtra. Non malum pro malo. hoc iubet chriſtiana religio. Defendētes. i. reſiſtentes volentibus vos offendere. Scriptum eſt. Deutero. xxxij. Mihi vindictam. ſubaudi relinquite. Ego retribuam. i. vlciſcar quod in vos fuerit commiſſum Carbones ignis. quoniam ex inimico facies illum tibi amicum. Vinci a malo. i. incidere in illiꝰ odium. Sed vince in bono malum. i. tentationes impellente ad iram quę eſt vindictę appetitꝰ.

Pro congregatione.

SUccincti lūbos mentis veſtrę. Ex prima petri epiſtola cap. pri. in quo apoſtolus regeneratos inducit ad caſtitatē ⁊ mundiciam. Succincti lumbos. i. caſti corpore ⁊ mente. Sobrij. victu et veſtitu. Perfecti in omni virtute. Gratia. per quam ſperatis gloriam. In reuelatione. i. per reuelationē. Obedientię. in obſeruatione legis. Nō configurati. i. conformati. Sanctum. i. deum. Sancti ſitis. i. ſanctitatis illius imitatores. Scriptum eſt Leuitici. xix.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pro familiaribus.

SI preoccupatus fuerit homo. Ex epl'a ad galatas cap.vi. in quo inducit illos ad patien tiā ⁊ mutuā tolerātiā Preoccupatꝰ. aliqua ꝑturbatione animi. Que ꝑfectiores. i. ſapiētiores. Spiritu lenitatis. reducēdo ad māſuetudinē. Cōſiderās ⁊c. i. propriā fragilitatē. Tu tēteris. i. in ſimilē perturbationem incidas. Alter alterius onera. i. infirmitates mu- tuas ſufferendo.

Pro familiaribꝰ. Lc̄tō pauli ad galatas. Ca. vi.

FRatres. Si præoccupatus fuerit homo in ali- quo delicto uos qui ſpirituales eſtis huiuſmo di inſtruite in ſpiritu lenitatis. Conſiderans teip- ſum: ne tu tenteris. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem chriſti.

Pro quacūq; tribulatione. Lc̄tō. ieremiæ ꝓphetæ. Capi. xiiii.

SI iniquitates noſtræ cōtēderint cōtra nos do mine libera nos quæſumꝰ fac propter nomē tuū: quoniam multæ ſunt auerſiones noſtræ. Ti- bi peccauimus expectatio iſrael: ſaluator noſter in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es dn̄e: & nomen ſanctum tuum inuocatum eſt ſuper nos: ne derelinquas nos domine deus noſter.

Pro pluuia. Lc̄tō leuitici. Ca. xxvi.

IN diebus illis. Dixit dominꝰ a moyſen. Si in præceptis meis ambulaueritis. &c. ut ſupra.

Pro ſacerdote. Pauli ad timotheū. i. Ca. i.

CHariſſime: Fidelis ſermo & omni acceptione diguus: quia chriſtus ieſus nenit in hunc mū dum peccatores ſaluos facere: quorū primus ego ſum. Sed ideo mīam conſecutus ſum: ut in me pri mum oſtenderet omnem patientiam: ad informa tionē eorū qui credituri ſunt illi in uitam æternā. Regi autem ſæculorum immortali inuiſibili: ſoli deo honor & gloria In ſælula ſæculorum amen.

Pro tribulatione quacunq;.

SI iniqtates nr̄e cōtē derint. Ex ieremia ꝓ pheta capi. xiiij. deꝓcatio eſt ꝓphete populo cōdo- lētis. Cōtēderint. i. fue- rint cōtra nos. Fac pro- pter nomē tuū. i. ſecundū tuā miam. Auerſiones ſ. a te ſiue a via recta ſicut cōuerſio eſt ad deū et viā rectā. Expectatio iſrael. i. ī quo ſolo habemꝰ om- nē ſpē noſtram. ⁊ paucis verbis īterpoſitis ſubdit Tu aūt in nobis es dn̄e hoc dicit q2 in tēplo erat propiciatoriū quaſi dei ſedes.

Pro pluuia.

DIxit dn̄s ad moy- ſen. Si in preceptis meis. ex leuitico cap. xvi. Iā expoſita eſt in vigilia trinitatis.

Pro ſacerdote.

FIdelis ſermo ⁊ om ni acceptione. pri- ma ad timotheū cap. pri. Fidelis ſermo. i. verus ⁊ dignus. Acceptione. i. qui ab audiētibus acci piatur. ⁊ ſubdit ſermonē. Ego primꝰ. ex ꝑſecuto- re factꝰ apl's. Oſtēderet patiētiā. reuocādo me ab actu perſequēdi. Qui credituri ſunt. vt nemo deſperet ex peccatis reduci poſſe ad gratiam. Propter quod agens gratias concludit Regi ſeculorum ⁊c.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pro auertẽda epidimia. Lctõ. regum. ii. Capi. xxiiii.

IN diedus illis. Immiſit dominus peſtilentiã in iſrael & mortui ſunt a dan uſqꝫ berſabee ſeptuaginta millia uirorũ. Cumqꝫ extẽdiſſet manũ ſuã angelus dñi ſuper ieruſalem ut diſperderet eã: miſertus eſt dñs ſuper afflictionem eorum. Et dixit angelo percutienti populum: ſufficit nunc contine manum tuam. Erat aũt angelus domini ſtans ſuper areã areuna iebuſæi. Dixitqꝫ dauid ad dñm: cum uidiſſet angelum percutientem populũ. Ego ſum qui peccaui & qui inique egi: iſti qui oues ſũt quid fecerũt? Obſecro te domine ut auertatur manus tua contra me: & contra domum patris mei. Venit autem gad ꝑpheta domini ad dauid in die illa. & dixit ei. Aſcende & conſtrue altare dño in area areuna iebuſæi. Et aſcẽdit dauid iuxta ſermonẽ gad: quẽ præceperat ei dominus omnipotens.

Cõtra ꝑſecutores eccleſiæ. Eccleſiaſtici. Capi. xxxvi.

MIſerere deus omnium & reſpice nos: & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum: & mitte timorem tuum ſuper gentes quæ non exquiſierunt te: & cognoſcant quia non eſt deus niſi tu: ut enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam ſuper gentes alienas: ut uideant potentiam tuam. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis: ſic in conſpectu noſtro magnificaberis in illis: ut cognoſcant te ſicut & nos cognouimus: quoniã non eſt deus præter te domine.

Pro auertenda peſtilentia.

IMmiſit dominus peſtilentiã. Ex ſecũdo regũ cap. xxiiij. in quo ponitur peſtilentiã quã immiſit dominus in iſrael: propter peccatum dauid quod iuſſit populũ numerari. Ad tempus conſtitutum a deo. a dan uſqꝫ ad berſabeę. qui erant termini longitudinis iudeę. Aream areuna iebuſęi. quia hic areuna non erat iudeus: ſed iebuſęus. i. ex illorum genere qui ante regnum dauid habitabãt ieruſalem: qui alio nomine vocabatur ornan. Gad propheta quia tempore regni dauid prophetabat.

Contra eccleſię perſecutores.

MIſerere noſtri deus omnium. Ex eccleſiaſtici libro capi. xxxvi. in quo ponitur oratio autoris huius operis. et poteſt eſſe oratio prelati cuiuſcũqꝫ ſpecialiter dicẽs. Miſerere noſtri deus omnium. per creationem. Reſpice nos qui ſum⁹ populus tuus peculiaris. Lucem. i. conſolationem in tenebris noſtrarũ tribulationum. Immitte timorem tuum actiue pro terrorem. Magnalia tua. quę feciſti pro nobis contra illos. Alleua manum. pro graua. nam qui iacit telum ut feriat: manum leuat deinde grauat. Sanctificatus in nobis. colentibus te: quem illi blaſphemant. Magnificaberis in eis. ideſt laudaberis: quia illos nobis ſubiicies. Ut cognoſcant te. oſtendendo fauorẽ tuũ pro nobis contra illos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Innoua ſigna.ſ.quę feciſti pro nobis cõtra ęgyptios. Immuta mirabilia.vnũ poſt aliud ſignũ faciẽdo. Magnifica manũ.i.iram tuam in illos monſtra. Extolle aduerſarium.i.extra fines noſtros pone. Feſtina tẽpus illorũ punitionis: ⁊ noſtrę liberationis. Finis.ſ. a te conſtituti ⁊ promiſſi de aduentu meſſię.

Pro infirmis.

TRiſtatur aliquis veſtrum.Ex epiſtola Jacobi cap.v. Triſtatur.i.eſt in triſticia aut in morbo. Oret ęquo animo.i.tranquillo ⁊ hilari. Pſallat.cantet ⁊ non ſolum oret. Infirmatur.morbo in quo dubitatur de vita. Vngentes.hinc potiſſimũ habet originẽ vnctionis ſacramentum. Alleuiabit.niſi aliud expediret potius infirmo quod ſolus deus ſcit. In peccatis.ſ.venialibus. Confitemini hinc quoq; inſtitutũ eſt confeſſionis ⁊ penitentię ſacramentum.

Pro defunctis.

AVdiui vocẽ de cęlo.Ex apocalypſi ioãnis.cap.xiiij.in quo agitur de pręmio illorũ qui in martyrio aut cõfeſſione dñi moriũtur. Scribe de re notabili et diu permanſura hoc dici ſolet. Amodo.i.iam ſine cito vt ſit a modo.quaſi ad modicum. Spiritus ſanctus cum patre ⁊ filio quorum eſt nexus. A laboribus.⁊ fruantur ęterna quiete. Opera illorũ.i.merces ſuorũ operum.quemadmodũ et malorũ operũ ſuos autores.Vergilius.quiſq; ſuos patimur manes.

Alia pro defunctis.

VIr fortiſſimus iudas collatione facta.Ex ſecũdo machabęorum.cap.xij. In quo manifeſte oſtẽditur reſurrectionis ſpes: ⁊ qđ eleemoſyna facta ꝓ mortuis mirum in modum illis prodeſt. Judas.cognomẽto machabę⁹ qđ interpretatur pugnator.hebraicę aſmonai. Collatione facta.ex ea pecunia quę quiſq; contulit. Drachmas argẽti.drachma genus monetę quod appendit ſextãdecimam partẽ vncię hoc eſt dimidium noſtri nummi argentei.

Innoua ſigna & immuta mirabilia. Glorifica manũ & brachium dextrũ. Excita furorem: & effunde iram. Extolle aduerſarium: & afflige inimicum. Feſtina tempus & memento finisq;: ut enarrent mirabilia tua domine deus noſter.

Pro infirmis. Lectio iacobi apoſtoli Capi.v.

CHariſſimi: Triſtatur aliqs ueſtrũ: oret æquo animo & pſallat. Infirmatur quis in uobis: inducat preſbyteros eccleſiæ & orent ſuper eum: ungẽtes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei ſaluabit infirmum: & alleuiabit eum dominus. Et ſi in peccatis ſit: dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata ueſtra: & orate pro inuicem ut ſaluemini.

Pro defunctis. Lctõ apoc. Ioãnis apo. Ca.xiiii.

IN diebus illis: Audiui uocem de cœlo dicentẽ mihi. Scribe beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo enim iam dicit ſpiritus: ut requieſcant a laboribus ſuis. Opera enim illorum ſequuntur illos.

Lectio libri machabæorum.ii. Ca.xii.

IN diebus illis: Vir fortiſſimus iudas collatione facta: duodecim milia drachmas argenti miſit hieroſolymam: offerri eas ibi pro peccatis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Mortuorum. qui in bello ceciderant quod geſtum eſt cum ducibus antiochi. Cum pie-tate. i. pro religione. Optimam gratiam. i. mercedem.

Alia pro defunctis.

Nolumus vos ignorare de dormiētibus. Ex epiſtola ad theſſalonicenſes prima cap. iiij. in quo eos reprehendit: qui mortuos nimis lugent: cum ſit omnibus reſurgendi ſpes qui bene ſentiūt de religione.

mortuorum: iuſte & religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret: ſuperfluum uideretur & uanum orare ꝓ mortuis. Sed quia conſiderabat ꝙ hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio ꝓ defunctis exorare: ut a peccatis ſoluatur.

Lectio pauli ad theſſalonicenſes. i. Ca. iiii.

FRatres: Nolummus uos ignorare de dormiētibus: vt nō conturbemini ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus ꝙ ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & deus eos qui dormierūt per ieſum adducet cum eo. Hoc enim dicimus in uerbo domini: quia nos qui uiuimus: qui reſidui ſumus in aduentu domini non præueniemus eos qui dormieruut. Quoniam ipſe dominus in uiſu & in uoce arcangeli: & in tuba dei deſcendet de cœlo: & mortui qui in chriſto ſunt: reſurgent primi. Deinde nos qui uiuimus qui relinquimur: ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam chriſto in aera: & ſic ſemper cū domino erimus. Itaqꝫ conſolamini iuuicem in uerbis iſtis.

Pauli ad corinthios. i. Ca. xv.

FRatres. Chriſtus reſurrexit a mortuis primiciæ dormientiū. Quoniā quidē. &c. ut ſupra.

Pauli ad corinthios. i. Ca. xv.

Spem nō habēt. ſ. reſurgendi. Si credimus. hoc argumēto ſepe vtitur paulus ad probandum reſurrectionē quod chriſtus. ſcilꝫ reſurrexit. Nō ſi nos credimus: et reſurrectionē quoqꝫ credemus. Adducet cū eo. ad vitā immortalē. In verbo dñi. i. ex parte dñi qui nobis hoc reuelauit. Reſidui ſumus. a patribus noſtris iam mortuis Nō preueniemus. quia omnes ſimul reſurgem⁹. In iuſſu. i. iubendo his verbis. Surgite mortui ⁊ venite ad iudicium. Archangeli. ſ. michaelis. In tuba. q̄ vox erit quaſi tube cuiuſdam que ad oēs perueniet. Mortui in chriſto. i. qui crediderunt. Reſurgent primi. reſpectu noſtrum qui viuimus. In illius fide. Qui relinquimur. ſ. in vita. Rapiemur [illegible] illis. ſentire videtur [illegible] ſtolus quod illi qui i[illegible] iudicij viuent: non [illegible] tur: ſed cum ſuſcitat[illegible] [illegible]ra pientur. Obuiam [illegible] [illegible]ſto veniente ad iudiciu[illegible]

Conſolamini. i. in hac ſolicitudine mortuorum conſolamini vos inuicē cum ſpe reſurrectionis.

Alia pro defunctis.

Chriſtus reſurrexit a mortuis. Ex prima ad corinthios epiſtola cap. xv. Expoſita eſt feria quarta poſt dñicam in albis.

Alia pro defunctis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ecce myſteriũ vobis dico. Ex epiſtola prima ad corinthios cap. xv. in quo agitur de myſterio reſurrectionis. Ecce myſterium .i. rem magnam atq; ad intelligendũ difficilẽ. Omnes .i. boni ⁊ mali. Non omnes immutabimur. de ſtatu. ſ. corporalitatis ⁊ ſpiritualitatis per dotes corporis. In momento. ſ. fiet reſurrectio. In ictu oculi .i. in inſtãti. ſ. quo clauditur aut aperitur oculus. In nouiſſima tuba .i. voce qua dicet chriſtus ſurgite mortui

Incorrupti .i. ſine mẽbrorũ diminutione. Et nos immutabimur. ſ. de corruptione ad immortalitatẽ. Corruptibile hoc .i. naturam humanam reſurgere incorruptibilem. Induere immortalitatem .i. in meliorem ſtatũ mutationẽ. Sermo qui ſcript⁹ eſt. Oſee. xiij. Abſorpta eſt mors i victoria in hebreo ero mors tua o mors. Ubi eſt mors victoria tua. qua proſternebas oẽs. q. d. nuſquam erit. Stimulus tuus .i. peccatum quod erat mortis cauſa. Uirtus peccati lex. quia peccatũ magis viguit ex lege. dando ſcilicet peccandi occaſionem. Deo autẽ gratias ſcil; agamus.

Finis.

FRatres. Ecce myſterium uobis dico. Omnes quidem reſurgemus: ſed non omnes immutabimur. In momento & in ictu oculi in nouiſſima tuba. Canet enim tuba & mortui reſurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem: & mortale hoc induerit immortalitatem: tũc fiet ſermo qui ſcriptur⁹ eſt. Abſorpta eſt mors in uictoria. Vbi eſt mors uictoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus autẽ mortis peccatum eſt. Virtus uero peccati lex. Deo autẽ gratias qui dedit uobis uictoriã. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum.

FINIS.

Epiſtolæ. ꝓphetiæ & lectiones quæ pro epiſtolis in re diuina legũtur per anni circuitũ tam in diebus dñicis quam ferialibus & in feſtis ſanctorũ explicitæ impenſis Arnaldi guilielmi brocarii in complutenſi gymnaſio. Punxit diſpunxitq; Antonius nebriſſeñ. atq; orthographiam caſtigauit: quãtum per impreſſores ſibi licuit. Abſolutum opus Idibus Septẽbris. Anno dñi M.CCCCC.XVI.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte




Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

temporibus duris cognoscuntur veri Amici

Fides est Rerum sperandarum et argumentum Non apparentium

Sunt plerique ita hebetes qd formidare nesciant qd videre no posunt Vnde venit qd no creduunt qd videre no posunt

A mi amado señor vra md. sabra como los dias pasados como

A Dn Joseph Calahorrano de la calle

A Joseph Calahorrano de la calle

Calahorrano

MEC. Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TO
BIBLIOTEC
Sala
Número

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reservado
Número 1066

IN EPI
PAVLI

Res.
1066